
SEBASTIANI
MACCII DVRANTINI
PHILOSOPHI THEOLOGI
AC I.V. CONSVLTI
EQVITIS, ET COMITIS PALATINI

SOTERIDOS
SEV DE REDEMPTIONIS
HVMANÆ MYSTERIO.

LIB. XII.

Ad Beatiss. ac Sanctiss. D. N. D. CLEMENTEM VIII. Pont. Opt. Max. Supremum Dei Redemptoris Vicarium, ac totius orbis Terrarum Patrem Clementiss.



FLORENTIÆ,

Apud Cosmum Iuntam MDCI.

Superiorum permissu.

Ex commissione, & M. Reuerendiss. P. D. mei Magis. Sacri Palatij.
Ego Nicolaus Cassianus vidi, & perlegi totum hoc opus libris duodecim contentum Soteridos Magnifi. D. Sebastiani Maccij Durantini nec aliquid repperi quod fidei, aut bonis moribus repugnet, immo opus dignum quod typis mandetur, & in fidem me ss. hac die 24. Maij. 1600.

Imprimatur si videbitur Reuerendiss. M. S. P. P. Epis. Iternien. vicef.

Imprimatur Frater Paulus de Francis de Neap. Lector Reuerendiss. P. Magistri Sacri Palatij socius.

Ego D. Marsilius Abbas, & Doctor Theologus Ord. Cister. vidi, & legi hoc opus 12. libris contextum, in quo nihil reperi, quod fidei catholicę, aut bonis moribus repugnet.

D. Marsilius qui supra

Conceditur licentia imprimendi hoc opus cum consensu R. Pat. Inquisitoris. & seruatis seruandis; ac etiam cum prohibitione ne venundentur antequam ad nos liber vnus afferatur authenticus hac die 22. Aprilis 1601.

Cosmus Antelllens. Vic. Gen. Flor.

Frater Matthæus de Sanmatthęis a Costacciaro, Doctor Theologus Ord. Min. Conu. Sancti Francisci, & Cancellarius Generalis Admodum R. P. Magistri Dionysij Costacciarij de Sanmathæis Generalis Florentiæ, & Florentini Dominij Inquisitoris eius de mandato, vt imprimantur libri 12. Soteridos Sebastiani Maccij Durantini concedit. die 11. Maij. 1601.

Baccius Valorius Senator Florent.

BEATISSIMO, AC SANCTISSIMO D. N. D.

CLEMENTI VIII. PONT. OPT. MAX.

Supremo Dei Redemptoris Vicario, ac totius orbis terrarum Patri Clementissimo.

Sebastianus Maccius Durantinus fœlicitatem.

SOTERIDEM, totius Christi Redemptoris vitæ quasi compendiarium opus, multa à me industria elaboratum, ac plurimis perfectum elucubrationibus, tibi, Beatiss. ac Sanctissime Pater, post humillimum sanctissimorum pedum osculum, dedico, & consacro. Res profectò tanti est momen-

ti, vt maioris nulla alia possit excogitari. ita tamen clara, & perspicua, vt pio, Christianoq; scriptori, licet immensum laborem, tamen difficultatem haud al quam possit inferre. Quamobrem me operæpretium facturum semper ratus sum, si, post exantlatos in cœteris disciplinis, & scientijs aliquos labores, & vigilias, Euangelicæ historiæ, ac lectioni Sanctorum Patrum me ita traderem, vt ita viuendo aliquando tandem & mihi, & cæteris prodesse possem; vera enim philosophia CHRISTVS est, in quo, vt inquit Apostolus, sunt omnes thesauri scientiæ, & sapientiæ Dei. Ea autem potissimùm obiecta est mihi scribendi ratio, quæ propter difficultatem perquampaucis familiaris est. Qui etiam eam complexi sunt, qui pauci reperiuntur, vel sacram historiam scribendo non attigerunt, vel tactam, imperfectam quodammodo, ac omnibus ex partibus minimè absolutam reliquerunt. Sed profectò ita se res habet, vt nulla sit ars, nulla disciplina, nullum denique scientiarum, aut historiarum genus, quod numeris fideliter, & rectè compræhendi, explicariq; non possit. Sanè in toto hoc vitæ Christi Redemptoris curriculo nulla alia maior se se mihi obtulit difficultas, quàm temporis, atque ocij ad scribendum. Quamuis enim, præter Euangelistas, plurimi sint Sancti Patres, ac etiam non pauci Catholici scriptores, ex quibus infinita propemodum fuerunt excerpenda, vt singula Redem-

ptionis

ptionis humanę mysteria ad amussim narratem, tamen, quia, omni abiecta pertinacia ex vnoquoq; quod probabilius, ac magis pium videretur, statui mihi desiniendum, idcirco in nullos vnquam incidi alicuius difficultatis scopulos, vnde vel non possem exire, vel saltem incœptus cursus mihi posset retardari. Verùm enimuerò, etsi mihi dubium non est, quin omnes hunc meum laborem sint æquo, bonoq; animo accepturi, tamen quia semper ita comparatum fuit, vt, quod aliquam saperet virtutis opinionem, id difficultatem ad sui ipsius comprobationem præseferret maiorem, ideo te, Beatiss. ac Sanctiss. Pater, huius meę Soteridis patronum perpetuum, tutorem fidelissimum, ac defensorem inuictum, & insuperabilem eligo, & constituo. Tu enim non solùm propter Pontificiam auctoritatem, qua eiusdem Christi Redemptoris nostri, cuius ego plurimas res gestas, & actiones conatus sum in mea Soteride poetico stylo complecti, vices sustines in terris, ac propterea Operis de Christo Redemptore protectio ad supremum eiusdem Christi Redemptoris Vicarium non incongruè spectare videtur, sed etiam propter peritiam incomparabilem, ac immensam pietatem, qua absque vllo discrimine tu pręter cœteros mirum in modum præfulges, in primis visus es mihi ad hoc vnum eiusdem Soteridis meæ mite patrocinium pijs precibus, ac supplicibus votis aduocandus, nè aliqua vis tempestatis,

aut aduersæ fortunę hunc meum laborem, vnà cum suo thesauro, tanquam nauiculam cum suis mercibus, vel fluctibus opprimat, vel summa cum difficultate in omnium hominum approbationem, tanquam in portum, vix tandem sinat peruenire. Atque hoc si cuipiam alij esset difficillimum, tibi certè & est, & debet esse facillimum; tu enim cæterorum Pontificum omnium, qui hactenus fuerunt, fœlicissimus sinè vlla controuersia es. Nam quis vnquam tam breui Pontificatus sui curriculo tot, ac tanta, tamq; ampla fecit, aut excogitauit? Sanè remp. Christianam administrare, saluam ac incolumem tueri, omnium populorum, & gentium saluti absque vlla intermissione consulere, maximũ est; sed ditionem augere, imperium propagare, reges, ac populos deperditos recuperare, disiunctissimos hominum animos reconciliare, sanctis etiam aris, & cœlo, qui olim mortales fuerunt, ascribere, omniũ certè superat credulitatem, omnem vincit expectationem, omnium deniq; mentes, & intellectus summo replet stupore, incredibili afficit admiratione. Tanta autem fœlicitas non aliunde, nisi ex summa prudentia, ac immensissima pietate ortum ducit, ita enim fœlix es, quia maximè prudens, ac summopere pius es. Nam ex prudentia, quæ rerum antecessiones non ignorat, præsentia intelligit, futura inuestigat, oritur fœlicitas, quæ est operatio animi secundùm virtutem; ex pietate verò, quæ non solùm

Dei

Dei Opt. Max. notionem homini infert, sed etiam optimam animi habitudinem circa eos, quibus gubernandis, recteq; conseruandis præpositi sumus, illud fœlicitas recipit incrementum, vt perfectam pariat vitam, ac omnibus ex partibus absolutam. Initio tui Pontificatus ex summa rerum omnium caritate, qua non solùm Italia tota, sed etiam vniuersus terrarum orbis, vt cum maximè, premebatur, tanta repentè vilitas cum frumenti, & frugum, tum etiam cœterarum rerum omnium, quæ ad victum pertinent, coorta fuit, vt te Pontificem è cœlo demissum omnes prædicarent, ac intentis oculis admirarentur. Imò, vt magis Deum benedictum humanum genus haberet propitium cum ad salutem animarum, tum corporum, vno Hyacyntho perpetuo intercessore numerum beatorum nobis fecisti ampliorem. Recepisti in gremium Henricum Borbonium, ac Regem Galliarum constituisti; quæ actio quantæ fuerit vtilitatis reip. Christianæ, nemo est, qui nesciat. Per te recuperata est optima Pannoniæ pars ab impio Turcarum Tyranno, tu enim non solùm consilium dedisti gerendi belli, sed etiam milites, stipendia, commeatum, ac vnum nepotem tuũ Ioannem Franciscum Aldobrandinum, Illustrissimum, ac Excellentissimum Principem, & Ducem fortissimum, ac totius Ecclesiastici Dominij generalem moderatorem, immisisti; cuius ductu hostes sunt contriti, superati exercitus, ciuitates expugna-

næ, recuperatæ arces, & vniuersa penè regio impij Thracis tyrannide liberata. Tu quoque Ferrariam, vrbem ferè auream, ac omni opulentiæ genere affluentem, vnà cum plurimis oppidis, & Castellis, non sinè gloria incredibili, ac summa tui ipsius commendatione recuperasti. Tu Philippum Secundum Regem Catholicum, cuius obitum nunc luget vniuersus mundus, cum Henrico Quarto Rege Christianissimo arctissimo amicitiæ, & pacis vinculo coniunxisti. Atque omnium Principum Christianorum voluntates, & animos omni adhibita opera, omni suscepto labore non tam conseruasti concordes, quàm conatus es semper, si quæ dissentirent, & componere, & coniungere, vt fœdus perpetuum, amicitia, & societas, nullo vnquam tempore deperitura, ab omnibus inter se contraheretur. Quamobrem nunquam est concursum ad arma, nullæ sunt auditæ discordiæ, nulli tumultus, sed quietè, ac pacificè semper ad hanc vsque diem se habuerũt. Tu denique annum Iubilei millesimum, ac sexcentesimum, qui decimus à Bonifatio VIII. numeratur, tanta prudentia, tantoq; apparatu celebrasti, vt quamuis ex toto terrarum orbe maximus Romam fuerit & gentium, & populorum concursus, tamen non annona vnquam venierit carius, non locorum vllæ extiterint angustiæ, non contentiones inter aliquos sint exortæ; sed summa semper fuit commeatus vilitas, copia rerum, ac locorum, & inter omnes

admi-

admirabilis pax, maxima concordia, & præcipuus quidam, ac penitus inusitatus amor, & beneuolentia. Certatum solum est de Iubileo rite, & recte suscipiendo; vnde summa in omnibus erat humilitas, extenuatio, sui ipsorum macerationes, peregrinationes, visitationes frequentissimę, & caritas omni succenso igne ardentior. Tibi, tibi inquam, hæc omnia referri debent accepta: ex te enim vno hæc omnia edificuntur, ex te & obseruata, & desumpta sunt per imitationem. Vnde verum est, quòd quales Principes fuerint in rep. tales etiam solent esse ciues; omnes enim se in Principis mores, tanquam in vnicum exemplar, libentissime conformant. Hæc autem singula, & multò plura, licet non ea grauitate, qua debuissent, vt tamen fieri potuit, à me relata, explicataq; sunt Soteridis meæ libro Decimo. Neque tot, ac tanta, quæ non solum narrando, sed nec etiam cogitando à me vnquam comprehendi possent, peragere potuisses, nisi tibi excellentiori modò, quàm alijs, duæ illæ præclarissimæ virtutes concessę, elargitęq; fuissent. Tantus igitur es, tamq; singularis, & admirabilis Pontifex, & Pater, vt à nullo capi, aut complecti animo possis: propterea tibi perpetuos Pontificatus annos omnes auspicantur, nè qua tantę fœlicitatis, cuius te auctore vniuersum genus humanum vberrimam nunc colligit messem, fiat immutatio. Vnde non immeritò quò maior, quò venerabilior es, Beatiss. Pater, eò etiam spe-

ro te benigniorem futurum erga hunc meum laborem, qui totus, & illustrari, & decorari exoptat tuo amplissimo, & Sanctissimo nomine. Atque hoc si mihi contigerit, veluti pro tua diuina pietate mihi euenturum confido; summum fœlicitatis cumulum mihi prorsus videbor consecutus; fiet enim interdum, vt Soteridem meam, tuo nomine insignitam, pij, ac periti homines ita commẽdent, vt etiam Deum ipsum Redemptorem non obliuiscantur pro animæ, & corporis mei salute suppliciter implorare: quod beneficium erit mihi tam amplum, quàm quod amplissimum. Hęc sunt, Beatiss. Pater, quę mihi in præsentia sunt dicenda; ac si nimis multus fui, concede veniam, & te conserua incolumem, vt citò, quod non dubito propediem euenturum, sub te Pastore clementiss. vnum totius orbis terrarum fiat Ouile. Datum Durante Calendis Ianuarij,

M D CI.

AD
Beatissimum, ac Sanctissimum D. N. Dominum Clementem VIII. Pont. Opt. Max. Dei Vicarium
Sebastiani Macij Durantini Octasticum.

THESAVRVM humani generis, Sanctissime Pastor,
Accipe, quem genibus flexis, manibusq; supinis
Do tibi, & excelsum Numen prostratus adoro.
Pertenueis, Pastor, musas, humilemq; poetam
Nè modò despicias, animum sed respice magnum.
His etenim numeris, vnde omnis fabula Vatum
Prorsus abest, nostra primordia vera salutis
Monstrantur, Clemensq; pios regit altus honores.

SERENISSIMO

FRANCISCO MARIAE VRBINATIVM DVCI VI. &c.

SEBASTIANVS MACCIVS DVRANTINVS FOELICITATEM.

SI res preciosissimæ illi potissimùm deben tur, qui eas gratas, carasq; ita sit habiturus, vt imis penetralibus recónditas non expromat, nisi in vtilitatem, & commodum aliorum, ea profectò tui ipsius, Serenis. Princeps, pietas est, vt Redemptionis humanæ thesaurum, quem ego, quo potui stylo, conatus sum præter aliorum consuetudinem hominibus ponere antè oculos, vbi illi à supremo Christi Vicario, Clemente VIII. Pont. Max. sacratissimis manibus benedictio impertita fuit, tibi vni deferam, ac nomini tuo consacrem, quò diutius vigeat inter homines, ac nulla detractione minuatur. Nam tu his temporibus religionis Christianæ, & Pon-

Pontificiæ dignitatis firmissimum et præsidium, ac propugnaculum, nec non verum, ac syncerum lumen, & decus. Proinde non mirum est, si summa prudentia populos tuos, tibi & fidissimos, & addictissimos gubernas, & pietate propè diuina protegis, ac tueris, ex religionis enim Christianæ obseruantia summa semper emanauit fœlicitas, & splendor vnà cum perpetuo rerum, & bonorum omnium incremento. His accedit, quòd cum tu scientiarum, disciplinarumq; omniũ perpetuus sis patronus, ac defensor non solùm propter Serenissimæ familiæ tuæ inueteratissimam nobilitatem, quippe quæ priscis etiam temporibus, dum pietas Christiana nondum innotuisset, dominatum, ac regiam administrationem in Italia obtinebat, sed etiam propter admirabilem eruditionem, ac singularem doctrinarum cognitionem, quam tibi in omnium literarum facultatibus multis ab hinc annis comparasti, dum principes Philosophicarum, ac Theologicarum rerum professores ex tota Italia tibi ipsi ad institutionem asciuisti, non iniuria, sed tuo merito Soteris mea, quæ humanæ Redemptionis mysteria, poeticis numeris explicata continet, quæ certè scientia, & cognitio est cæterarum omnium præstantissima, tibi vni & dari, & consignari, & consecrari debet. Nec existimo has meas vigilias ita esse exiles, vt non possint Bibliothecæ tuæ vel Vrbinati, vel Pisaurensi commendari illæ enim, vt clementissimæ morum probatissimorum magistræ, ac regiæ Principis optimi ministræ subdito fidelissimo, ac veræ fœlicitatis institutionẽ ad Principem ipsum deferenti, quamuis rudi linteolo eam inuoluerit, aditum libentissimis ani

mis

mis patefacient. Si veteri Bibliothecæ Vrbinati parùm tibi videbitur conuenire propter recentem Operis habitum, ac formam, commendabis conseruandam Bibliothecæ Pisaurensi, quæ, vt recentior est, ita etiam humanior, ac benignior ergà me existet. Scio tamen vtrasque simul coniunctas humanitate, ac eruditione, & elegantia longè superare Gordiani Imperatoris, & regum Aegyptiorum Bibliothecas; nam præter alia librorum volumina, quorum in ijs ipsis festiuissimam habes copiam, innumerabilem librorum Theologicorum supellectilē cumulasti, atque in dies magis ex vltimis terrarum partibus alios curas aduehi, vt nullā sit scientia, nulla ars, nulla disciplina, siue facultas literarum, quæ suam ibi non habeat Bibliothecam. Ego autem, licet sciam te hanc meam Soteridem hilari fronte excepturum propter feruentissimum religionis Christianæ studium, cui ita es consecratus, vt bene, beateq; viuas, tamen facere non possum, quin eam ipsam tibi studiosissimè commendem: poetæ enim, vt inquit Aristoteles, amant poemata sua, tanquam filios. Adde etiam, quòd immensissimus à me susceptus, ac sublatus est labor, non tam vt ex Redemptione humana poema conficerem, contra opinionem nonnullorum, qui obstinatè asseuerabant non posse poemata confici, nisi ex fabulosis narrationibus, quàm vt ardentissimam Christi Redemptoris caritatem ergà genus humanum explicarem. Nam si margaritæ, & vniones non propterea contemnuntur, quòd auro non perfecti ponderis, ac excellentiæ sint alligati, ita etiam hæ meæ vigiliæ si flocci faciendæ sunt, quòd ornatus sit inanis, carmen exile, spiritus depressus, vel prorsus alia desint, quæ

procul

procul dubio tanto negotio fuissent necessaria, saltem excipiantur, quòd eccellentissima Redemptionis humanæ continent mysteria. Si præterea fructus aliqui cum suaues sint, libentissimè excipiuntur, nec propterea negliguntur, quòd ex turpi arbore prodiri sint, ita etiam tu, Princeps Serenißs. paruitatem auctoris haud tibi pones antè oculos, sed Redemptionis tantùm humanæ opus percurrendum tibi persuadebis. Atque ita fiet, vt meus hic labor tuo nomine insignitus audeat etiam prodire in literatorum omniũ conspectum; nec erubescet Principum ordã intueri, vt coram omnibus Redemptionem humanam nouo, sed vtili indumento vestitam diuulget. Viue diutissimè, ac fælicissimè, vt plures literarum ætates tam glorioso, tamq̃ necessario Principe, et frui, & cohonestari splendidissimè, ac luculentissimè possint.

Datum Durante VIII. Idus Ianuarias. **M. D C L.**

AD
SERENISSIMVM
FRANCISCVM MARIAM
VRBINATIVM
DVCEM VI.

SEBASTIANI MACCII DVRANTINI
OCTASTICVM.

HVMANVM Christi ex ortum
&c mortale redemptum
Morte genus toti monstramus
carmine mundo.
Magnanime ò Princeps, genûs alto à Robore cretum,
Hæc tibi deuoto nunc pectore Maccius offert
Munera; & excipias, supplex rogat; inter & altas
Magni animi curas, petit, in penetralibus abdas.
Nec tamen hęc parui facias, quòd nobile desit
Ornamentum; intus sunt munera; frange, videbis.

FRATER PAVLLVS LVCHINIVS PISAVRENSIS

AVGVSTINIANVS SACRAE Theologiæ professor.

SEBASTIANO MACCIO DVRANTINO S.P.D.

REMITTO ad te Soteridem tuam, Macci mi suauissime; atque ita remitto, vt aliquando tandem absque longo temporis interuallo typis impressam abste ipso dono recipiam, secus enim non permisissem ex mea bibliotheca exire, quin exemplum desumpsissem. Dedi autem Iulio Maccio, fratri tuo, viro mihi coniunctissimo cum propter egregios hominis mores, tum etiam propter locorum propinquitatem; cellula enim, vbi ego extra moenia meę patrię soleo solitudinis, ac studiorum meorum gratia immorari, haud procul est à Candelaria, vbi ipse Plebis Sancti Stephani Archipresbiteratum multis ab hinc annis obtinet. Commendaui etiam; sed ille, meum sermonem interpellans, pollicitus est se

hominem certum ad te missurum cum Soteride; simul ostendit eam sibi non minori curę esse, quàm tibi. Quapropter cum hominem probè nossem, & cùm tam sanguine, quàm beneuolentia sit coniunctissimus, non ampliùs de reddirione laboraui. Quinque menses integros eam apud me habui; sed illi ita breues mihi visi sunt, vt omnes nec etiam vnus fuisse videantur; tantā enim voluptatem, tantamq; delectationem ex eius lectione percipiebam, vt nisi ab eodem fratre tuo fuissem commonitus, oblitus penitus fuissem eam ipsam ad te remittere. Opus profectò admirabile est, ac ita egregium, & diuinum, vt inter Catholicos Christianæ reip. scriptores tu ipse tuo merito omninò censeri, & numerari debeas; cuncta enim quæ scripsisti, non tam ex ipsis Euangelistis expressisti ad verbū, quàm ex sanctis patribus desumpsisti. Actio verò Christi Saluatoris, quæ redemptio humana est, ita perfectè, ac syncerè abste imitatione exprimitur, vt optimum eius ipsius constituatur principium, ex quo prodit natura medium; ac ex hoc necessario consequitur finis. Principium autem istius actionis abste deducitur ab ipsa Saluatoris natiuitate. Sed, vt ea etiam referantur, quę præcesserunt, Episodicè Ioannes Baptista cuncta recenset. Quo autem id fiat spiritu, qua grauitate, quaque maiestate, & gratia, scio meliora ingenia consideratura, atque etiam addúctura in literatorum omnium admirationem. Nodi verò connexionem, ac eiusdem dissolutionem nūquam desino mirari. Episodia ita cohærent cum ipsa actione primaria, vt nullum possit amoueri, quin tota actio collabefiat. Illud de Innocentibus quàm est nobile? quàm varium de Aegyptijs simulachris? quàm grauis Ioannis Baptistæ oratio? Prædicatio verò Christi omninò est admirabilis. Et quod de futuro Dei Iudicio, ac de raptu Ioannis dicitur cum ipso Militantis Ecclesiæ progressu vsque ad nostra tempora, omnem superat humani intellectus appræhensionem. Ita quoque pathenticò describitur Christi Crucifixio, vt corda etiā lapidea, ac ferrea audiendo frangerentur. Resurrectio verò, ascensus in cœlum, ac missio Spiritus Sancti summa cum dignitate, magnificentia, ac grauitate narrata, explicataque sunt. Similitudines mihi stuporem pepererunt; sunt n. graues, sunt factę cū decoro, nec tendunt ad nimiam humilitatem, nec ita tolluntur, vt indignissima obscuritate inuoluantur. De peripetia, ac de agnitionum generibus multa essent dicenda, sed satis est confiteri eas esse admirabiles, ac ad vnguem obseruatas. In eo autem vel maximè imitatus es Virgilium, quod singulos sex libros priores morte alicuius præfiuisti, vt, rebus

bus humanis quantum sit fidendum, demonstrares. Quin etiam primis sex libris ad eiusdem Virgilij imitationem vitæ contemplantis expressisti imaginem; sex verò postremis uitæ agentis ideam effinxisti: Quid hoc admirabilius? quid grauius? quid hominum generi vtilius? Nihil etiam boni fuit apud Homerum, nihil apud Virgilium, quod tu mirifico dicendi genere non exhauseris. Apud Lucanum quoque, & Silium Italicum multa obseruasti; sed cum vidisses Poetas Cordubenses nescio quid sonare, non multum in ijs fuisti immoratus. Etiam apud Ouidium multa iudicasti imitatione digna; sed penitus respuisti lasciuiam. Sed quemadmodũ Homerus propter plurimas inhonestates fuit repellendus à repub. & Virgilius non omninò probandus propter nimiam gentilitatem, ita etiam Sebastianus Maccius, Poeta Magnus, ac admirabilis, in omnes resp. in omnes ciuitates, atque conuentus hominum iure sociatorum, & vocandus, & introducendus est, vt primùm Christianæ Religionis nitor conseruetur, ac mox probati mores, & honestissimę, ac maximè piæ actiones ab omnibus excipiantur. Poterunt etiam curare Antistites ciuitatum, ac rectores, & Magistratus, vt in ipsis gymnasijs, vbi erudiuntur iuuenes, non Ethnici, ac gentiles Poetę amplius, vt antè hac propter Christianorum Poetarum penuriam factum est, interpretentur, sed Soteris explicetur, vt vera, synceraque literarum, ac morum integritas omnibus à teneris annis imbibatur. His addo, quòd tanta est elegantia, tantusque lepos, ac suauitas summa cum venustate, ac concinnitate coniuncta, quam tu sectatus es in hoc tuo excelsiss. Poemate, vt rectissima linguæ latinæ facultas, ac optima elocutio abste vno & colligi, & haberi possit. Eoque maior illa est in tuis scripris, quò magis tu Christianam veritatem proprijs, ac elegantibus verbis commodissimè, ac facillimè explicas. Nihil præterea Gręcè ignorasti. Ex Hebraicis etiam dogmatibus multa detorsisti in latinum sermonem. Omnia vidisti; omnia penetrasti, nec quicquam omisisti, quod tibi ad tantum opus contexendum opportunum videretur. Sanè hæc omnia sunt admiratione digna, sed magis, magisque admiror, nec satis scio id percipere, quòd tu rem tantam, Opus tam egregium, & singulare quinque annorum spatio compleueris, ac perfectum & absolutum reddideris inter plurimas, ingentissimasque alias occupationes, quas sustines cũ in negocijs familæ, ac amicorum, tum etiã in interpretatione diutina grauissimorum scriptorum. Ex quo facilè potest intelligi, non omnium esse Poeticam attentare, sed tantum eorum, qui natura apti, idoneique sunt ad eius-

modi diuina studia. Nec minus existimo Poema hoc de Christo Redemptore, tam egregium, tam nobile, tam diuinum, esse vllo modo cum quoquam alio siuè recentiorum, siuè antiquiorum Poetarum opere conferendum. Nam scripsit Iuuencus natione Hispanus quatuor Euangelia exametris versibus, sed maiori vsus est diligentia in seruanda rerum historia, quam in demonstranda ingenij sui elegantia; propterea non Poema, sed historia numeris explicata dici potest; nec habet cum Poetis præter versum quicquam commune. Aurelius Prudentius Clemens, præter alia multa, quæ satis commendantur, scripsit de Natali Domini, de gestis, & miraculis Christi, de expiandis animis, de Conflictu vitiorum, ac virtutum, pleraque alia; sed nihil horum verè Poema Heroicum appellari potest; carent enim ea arte, quæ potens est etiam historiam in Poesim conuertere, quæque est vnius actionis vnica imitatio, suorum habens Episodiorum interpositionem. Omitto Damasum Hispanum, qui fuit Pont. Max. Pontium Paullinum, Licentium Hipponensem, Venantium, Honorium Fortunatum, Faustum Gallum, Sidonium Apollinarem, aliosque Poetas Christianos, & venio ad Ioannem Mariam Velmantium, ad Iacobum Sannazarium, ac ad Hieronymum Vidam, qui recentiores sunt, ac quisque eorum de Christo Redemptore multa scripsit. Ille enim decem edidit libros, quos Christiadem nominauit; alter tres libros confecit de Partu Virginis; hic verò Christiadem sex libris complexus est. Velmatius non tam quòd incomptus est in scribendo, ac barbariem quandã uidetur studiosè sectatus, quàm quòd multa dixit, quæ partim latentem, partim manifestam sapiunt prauitatem, & deliramenta, non relegandus, sed comburendus est. Sannazarius elegantissimus est, sed Virginis Deiparæ partum duntaxat professus est se explicare. Vida verò in ipsa Christi Crucifixione tantùm se occupauit. Quamobrem neq; vnum, neque alterum opus Poema re vera dici debet. In Vida etiam multa me offenderunt, sed illud in primis, quod ipse scribit de Iosepho, Sanctissimæ Virginis Deiparę viro; facit enim eum superstitem aufugisse cum Ioanne ad Pilatum, vbi Christus in horto captus fuit, ac retulisse Pilatum Christum ipsum esse Dei altissimi filium, natum ex Virgine, conceptum de Spiritu Sancto, ac alia multa, quę de Annunciatione, & de educatione Sancti Patres tradiderunt. Quæ omnia nullo modo mihi consona uidentur. Nam ego nunquam scripsissem hanc veritatem eo modo innotuisse Pilato, ac postmodum Præsidem ipsum sic præcipitem fuisse lapsum; nec etiam viuum fecissem Iosephum, dum Christus

stus

ftus pateretur. Licet enim apud Cyprianum quidam auctor de Operibus Cardinalibus asseruerit Iosephum post Domini resurrectionem fuisse superstitem, & id postmodum uideatur aliquo modo comprobatum ad Diuo Augustino, nihilominus, quia post duodecimum Christi annum nulla reperitur mentio apud Euangelistas de Iosepho, (omissis hac in parte varijs rationibus, quæ adduci possent) crediderunt Sancti Patres eum obijsse diem suum inter duodecimum, ac trigesimum Christi annum. Idcirco in rebus eiusmodi, quæ maximi sunt ponderis, non opinio vnius, cui ratio etiam aduersetur, sed communis omnium probari, & sustineri debet. Velmatium reor lapsum propter omnimodam scientiarum, disciplinarumque imperitiam. Vida verò inter Poetas potiùs, quàm inter Theologos versatus, nimiam sibi in rebus confingendis assumpsit licentiam. Tu verò in hoc vno maximè excellis, quòd inanes fabulas, ac deliramenta illa, quę poetæ sibi prima duxerunt. cum tamen veræ, synceręque poesi maximè aduersentur, propter inanitatem prorsus respuisti. Vnde illud in Spiritus Sancti inuocatione quàm eleganter à fabula ad veritatem cōuertisti? Helicona mihi cœlestis Olympi Pande libens. Sexcenta alia mihi veniunt in mentem, quæ breuitatis ergò prætereo. O te fœlicem; ò te beatum, qui non in nugis, ac ridiculis confingendis, nec in lasciuijs describendis ingenium, ac tempus contriuisti, sed in explicando, quanto amore Christus, Dei filius, humanum genus fuerit prosecutus, vt ex faucibus Orci nos omnes redimeret, ac traduceret ad sempiternam beatitatem. Valeant, qui fabulas consectantur, qui lasciuos canunt amores, qui pelliciunt iuuentutem in detestabiles libidines, quique suis elegis, & cantilenis ad effœminandos hominum animos maximopere incumbunt. Idcirco tu non solùm studia commerebis omnium Christianorum Principum, ac populorum, & gentium, & nationum, sed etiam ab ipso Deo Opt. Max maiora, uberioraque præmia & ritè, & rectè, & meritò percipies, ut labor, & uigiliæ, quas plurimas lucubrando, ac sudando sustulisti, apud benignissimum, & clementissimum remuneratorem incassum profusæ non uideantur. Volui, ut perpetuum haberes de tua Soteride voluntatis meæ testimonium; propterea ignosce prolixitati mearum literarum; & me ama, ut facis, amore illo tuo singulari. Nec ægre feras, quòd mea manu non scripserim, quoniam languor quidam uirium mihi impedimento est, quominus id faciam. Dictaui autem hanc epistolam sedens in sella sub Sanctissimę Deiparæ imagine, cui, tu omnibus literis mihi imperas, ut ego pro tua, tuo-

tumque omnium incolumitate preces, ac uota persoluam. Facio quidem non inuitus, faciamque dum uiuam. Vale, mi suauissime Macci, & me in dies tuorum laborum, ac studiorum facies participem.

Ex Heremo Sancti Nicolai iuxta moenia Pisaurensia.

DOCTISSIMIS, AC HVMANISSIMIS
Lectoribus
PETRVS FRANCISCVS MACCIVS
SEBASTIANI FILIVS S. P. D.

OMNIA Dei Opt. Max. opera, Doctissimi, ac humanissimi lectores, admirabilia sunt, nec facilè à nobis compræhendi, æstimariq; possunt. Quatuor tamen sunt in primis, quæ propter celsitudinem humanum intellectum penitus exsuperant, Creatio, Gubernatio, Redemptio, & Glorificatio. Sed harum omnium laboriosissima prorsus, ac penitus difficilis fuit Redemptio; in cœteris enim diuinæ voluntati nihil vnquam fuit aduersatum, sed in ipsa Redemptione multa illi se se opposuerunt. Ex vna etenim parte pugnabat pec

catum ex altera cupiditas. Satanas etiam ita dolos, ac insidias nectebat, vt hominem ipsum, cuius fieri deberet redemptio, accenderit aduersus Sanctissimum, ac clementissimum Dei gloriosissimi decretum. Scripserunt hoc ad fidem historię Sacri Euangelistæ. Nec defuerunt Sancti Patres cum veteris, tum nouę ætatis, qui plurimis, diuinissimisq; voluminibus totam hanc materiam exactissimè prosecuti sunt. Sed Sebastianus Maccius pater meus, idem ipsum redemptionis humanæ mysteriũ heroicis carminibus explicauit, in veriq;, ac perfecti poematis formam, & effigiem, nihil discedens ab ipsa veritatis integritate, quę apud eosdem Euangelistas rerum ęternitati commendata est, redegit, vt rei tantę, qua nulla extat maior, etiam maior inesset grauitas, ac maiestas illustrior. Quemadmodum enim poemata heroica propter implicitam scientiarum, ac disciplinarum omnium Encyclopediam, ac perfecti Herois, quem constituunt, dignitatem difficiliora existunt, quàm quæ soluta oratione scribuntur, ita etiam nobilissima rerum, ac materiarum argumenta, si in poesim redigantur, grauitatem acquirere, ac sibi maiestatem comparare videntur. Atque ita minus periclitantur, non deprauantur, non vitiantur, non corrumpuntur, nec vnquam à propria, vera, synceraq; integritate, ac puritate alienantur. Idcirco poeticis numeris olim philosophia tradita fuit, scientiæ

expli-

explicatę, ac Theologia hominibus commonstra-
ta. Imò leges compositæ, digestæ resp. publicę ac bo-
ni, & probati mores in ciuitates introducti. Reli-
gio verò, ac Dei cultus ab ipsis Poetis allatus est,
ac hominibus consignatus. Vnde sacerdotes, Pro-
phetę, scriptores plurimi rerum sacrarum poetæ ex-
titerunt celeberrimi. Quamobrem huiusmodi ho-
mines quammaximè necessarij sunt in ciuitatibus;
nec respublicæ vnquam dici poterunt benè, re-
ctéq; institutę, quas poetę vel non efformarint, vel
in ijs ipsis illi non sint magistri, ac pręceptores in-
stitutorum. Atque hæc vna est ratio, propter quam
Plato optimus rerump. institutor, poetas tantope-
re commendauit. Non loquor de pseudopoetis,
rhythmicisuè cantoribus, cuiusmodi nostra tot per
annos vitijs delenita producit ætas, sed de ijs, quos
idem Plato moderatores appellat, ducesq; sapien-
tię. Et quamuis eius sim ętatis, vt vix decimum
tertium annum attigerim, tamen non ignoro Pla-
tonem ipsum ab optimè institutae ciuitate melio-
res etiam poetas, vt Homerum, & Hesiodum, ali-
quando reiecisse. Verum nec eos, vt poetas expu-
lit, nec damnauit, vt Homerum, & Hesiodum, quos
præcipuo quodam amore prosequebatur, sed ius-
sit exulare, tanquam manifestissimos religionis cō-
temptores, ac nequissimos optimorum morum cor-
ruptores. Deus namque non debet dehonestari
turpissimis actionibus, sed describi, vt est. Nec

etiam animorum perturbationes ita debent hominibus tribui, vt nullus virtuti relinquatur locus. Idcirco verus poeta Dei religionem, & cultum induit, monstrat venerationem, pietatem ostendit, ac semper conatur, quantum fieri possit, vt homines ad Deum ipsum, tanquam ad summum bonum, ac rerum omnium auctorem, reducat. Perturbationes verò ita moderatur, vt humanarum actionum omnium imperium penes virtutem ponat, atque constituat; nec vllam facit ita vehementem, quominus, si in gyrum rationis veniatur, facillimè, & domari, & prosterni, & conculcari possit. Hanc maximè rationem secutus est pater meus, vt in explicando eminentissimo amoris ardore, quo Christus, Dei filius, hominem beneficiorum acceptorum immemorem, ac ingrati animi vitio prorsus laborantem, complexus est, humanum genus magis, magisq; religionis desiderio erga Deum ipsum, ac diuini cultus amore inflammaret. Virtutum verò viam ita aperit, vt omnia perturbationum genera penitus subiecerit rationi. Hæc autem omnia ita scripsit, vt præter naturalem propensionem, qnam ipse habet ad Poesim, etiam vnusquisque posit animaduertere cum summa cum delectatione summam quoque vtilitatem coniunxisse, vt, qui legunt, animum efformare, & mentem recreare, & sensus ipsos iucundissima, eademq; honestissima oblectatione detinere possint.

ſiat. Epiſodijs etiam aptè, concinneq; appoſitis & Creationis, & Gubernationis, & glorificationis, tria alia Dei altiſsimi opera non disiunxit ab ipſa Redemptione, vt vno, eodemq; intuitu immenſa Dei poteſtas, & admirabilis miſericordia, & ſumma prouidentiæ rectitudo cognoſcatur. Quapropter facere non poſſum, quin vos ſtudioſiſsimè adhorter ad hoc opus & laborioſiſsimum, & multiplici ſcientiarum varietate refertiſsimum, attentè, diligenterq; legendum; vt ſaltem oſtendatis vos grato animo excipere, quod ipſe promptiſsimo pectore, ac liberaliſsimis manibus vobis elargitur, vt omnibus patefaciat ſe vobis eſſe deditiſſimū, nihilq; magis cupere, quàm vobis omnibus & rem gratam facere, & ſub veſtra tutela, ac patrocinio ſemper viuere. Si verò hanc ob cauſſam vobis minime videbitur probandus hic labor; ſaltem legite ex ea parte, qua generis humani Redemptionem, quę primaria eſt totius poematis actio, iuxta Ariſtotelis præceptum effigiata, opus nobis tam ſalutare, proficuum, ac neceſſarium, explicare tentauit. Hęc enim propter immenſam caritatem, qua Chriſtus mortale genus fuit amplexatus, etiam ſi voluminibus infinitis eſſent comprehenſa, tamen nunquam ad ſatietatem, & explicari & legi poſſunt. His accedit, quòd fabulę, quę veritati ſemper multum offecerunt, reiectæ ab eo, reprobatæq; omninò ſunt. Dabitis etiam illi animum

mum

mum, vt propediem aliós ingenij, & vigiliarum suarum fructus cum poeticè, tum historicè scriptos vobis eadem animi liberalitate, qua in præsentia: soteridem, offerat degustandos. Et mihi hæc potissima erit occasio non solùm insudandi in literis perdiscendis exemplo mei genitoris, sed etiam aliquando animum applicandi ad grauiora scientiarum studia, vt & mihi, & cæteris prodesse possim. Valete, & patrem, & filium vno, eodemq; vestræ præstantiæ, ac nobilitatis patrocinio, vt homines vobis deditissimos, protegite. Datum Durante.

Eiusdem Decasticon.

MAgnarum exorsus rerum, & cælestia vitæ
Munera nunc Genitor numine motus agit.
Excipe tu Antistes, rerum moderator, & orbis,
Atque proba; & Vati dic bona verba pio.
Tu verò Princeps, genus alto a Robore cretum,
Ingenio, & gladio dona tuere tuo.
Heroesq;, viriq; omnes, & maxima mundo
Gymnasia, hic vestro viuat honore pater.
His eterim studijs Pietas, quam carmine tollit,
Lumina syderibus splendidiora dabit.

IN SEBASTIANI MACCII DVRANTINI

SACRÆ THEOLOGIÆ MAGISTRI

IVRISCONSVLTI DISERTISSIMI, ac Equitis, & Comitis Palatini Soteridem.

OPVS EXIMIVM, ET SINGVLARE, AC omnibus perquàm necessarium.

PETRI GIBELLINI CANONICI Pisaurensis, ac Viri vndequaque doctissimi Carmen.

Virgil.

SI tantùm potuit celeberrima Musa Maronis,
Arma, virumq; canens, iactatum fluctibus, atq;
Laomedonteae referens incendia Troiae,
Versibus vt fuerit tot sæcula viuere dignus,
Doctorum ille virùm victurus in ore Poeta,
Lucida dùm supero splendescent sydera cælo
Perpetuùm si viuent Vatibus edita priscis

Tot

Tot monumenta Heroum demandata papyris:
Homerus. *Vnde sagax Ithacus notus, nota inclyta gesta*
Silius. *Romulei Ducis in cladem Carthaginis altae:*
Statius *Ogygium pariter feruens discordia fratrum,*
Qua fontes miserè flagrarunt vndiq; Thebae,
Lucanus. *Bellaq; praestantis latum pugnata per orbem*
Caesaris, & strati Romana caede Philippi:
Maccius aeternùm Vates non viuet in aeuum,
Et sophiae decus, & lumen, columenq; latinum;
Quem virtus multo illustrat preciosior auro?
Maccius, Euterpe voluit cui tradere plectrum
Auratum, Charitesq; fauent, & Suada, Decorq;
Veriùs ast animum decorant huic vnica Christi
Religio, alma fides, & spes, charitesq; sorores,
Quae reliquae è cœlo innumerae comitantur ouantes
Ingyrum placidae, Maccij; in mente quiescunt.
Ad ripam Vates, quam diluit vnda Metauri
Editus, & patulae recubans sub tegmine Quercus.
Glandiferae Quercus, Diuis quae grata supremis,
Est olim viridi Musam meditatus in Vmbra,
Quae posset varios hominum mulcire labores,
Et reuocare animos, moestumq; fugare timorem.
Nùnc verò à Stygia vt cuncti sint nocte redempti,
Quos error miseros prisci culpauerat Adae,
Is canit hoc opere, & mortem lacrymatur iniquam,
Mortē, inquā, infandā, cuius memor vsq; tremisco,
Illius aeterni Regis de Virginis aluo
Progeniti, quem procumbens agnouit humibos.

Stratum

Stratum membra solo stolidus cognouit Asellus
Et cui post paullò portarunt dona Sabaei.
Iamq; puer factus bissenis floridus annis,
Sub templi excelso considens fornice, multa
Lege super rogitans obscura arcana reclusit;
Quem Dominum Baptista lauat Iordanis in vnda.
Vnde salus aegris: Ter maxima gesta sequuntur;
Audiuere etenim tellus, & ventus, & aether
Imperium Christi, caecorum abiere tenebrae
Ex oculis; surdorum aures patuere, loquela
Mutis clara fuit; membrorum habuere salutem
Aegroti firmam: concessum currere claudis.
Aufugit rabidus non rarò è corpore Daemon.
Pallenteis animas Soter reuocauit ab orco,
Quas iterum iussit mortalem degere vitam.
Post grauis excepit mensa Pharisaeus amica,
Et sacris pedibus peccatrix oscula fixit.
Occurrunt pueri ramis, & carmina promunt.
Frigore perculsus vicinae mortis in horto
Sanguinis exudat guttas: vincitur Iesus.
Lictor ad Annam vinctū abducit, et testibus instans,
Percutit (heu) pugnis visu miserabile, vultum.
Heu nudat, religatq; artus, tortisq; flagellis
Hinc, inde ingeminat plagas, corpusq; cruentat.
Tum capiti insultat, spinisq; coronat acutis.
Apparet facies atro foedata cruore.
Inductum lacera demonstrat veste Pilatus,
Si Populi rabiem, & voces compescere possit.

At non bacchantes animos cruciatibus explet
Pontius, insontem ni ad mortem damnet iniquam.
Imponunt igitur truncum, caluaria ducunt
Ad loca; Christum crudeles in stipite figunt.
Nimirùm, lapide è duro, duroq́ metallo
Stirps hominum, si dira necis ludibria siccis
Commemorant oculis, quam passus Rector olympi.
Perfusum Christi pretioso corpus odore
Dùm ponunt in dura exciso rupe sepulchro,
Ille hominum semper casum miseratus acerbum.
In quem pertraxit primorum culpa parentum,
Tartareas visit sedes. Erebumq́ profundum
Captiuam vt turbam superas reuocaret ad auras.
Aduentante Deo, variarum monstra ferarum
Protinùs horrendis implerunt vocibus orcum;
Ast animae assurgunt dextra, laeuaq́ piorum,
Nec non turba Patrum deiecto lumine fata est,
Quòd nequeat dignas Domino persoluere grates.
Hostibus afflictis, ad cælum morte reclusum
Extemplò egreditur Victor, secumq́ triumphans
Captiuos trahit è tenebris ad gaudia Vitae,
Perpetuùm laeti vt patria potiantur amata,
Tantus amor nostri diuina in mente repostus,
Tùm matri apparet lacrymanti a morte resurgens
Primus & hinc alijs, quos summo elegit amore,
Postq́; dies aliquot, socijs spectantibus, altas
Sublimis sedes petit ad cælestia Regna,
Suspiciunt, figuntq́ oculos: sed candida nubes
Di-

Discipulis aciem obtundit, priuatq; magistro.
E cælo Paracletus tunc orantibus vnà
Discipulis, datur ignitæ cum turbine linguæ;
Illi promissum numen venientis adorant.
Iudicium tandem extremum cantare Poeta
Horrescit, sed enim magnis voluentibus annis
Hoc erit, excitæ proprio de puluere gentes
Cùm sistent supremi Iudicis antè tribunal.
Qui exegit paria hæc Magno monumenta Maroni,
Quiq; bibit sacro Andinos de fonte liquores.
Maccius ista pio modulatus carmina sensu,
Gratum opus ingenijs, duroq; perennius ære,
Emeritam Aonidum laurum, viridemq; coronam
Contextam ex hederis quæ doctæ præmia frontis;
Haud poscit Vates, sed opem nùc flagitat vnam
E cælo, vna Dei merces sibi sola laborum.
Altera Calliope, quæ menti carmina fundat,
Virgineum decus eligitur, materq; Tonantis,
Pectoris affectus mouet. os ea flatibus vrget,
Signat cuncta manu, expolit, illustratq; canenda.
Sancte Pater, gregis è cælo cui est credita sacri
Cura: vices superùm geris hic Tu maxime Pastor,
Tu procerũq; Patrumq; decus ter Maxime Clemẽs,
Vatis opus tanti multo cumulabis honore;
Sic etenim sperare decet de Principe Summo.
Quare agè, mi Macci, liuentis nulla Theonis
Tela reformides vsquàm; tua carmina nanq;
Grata, volente Deo, Clementi in sæcula viuent,

c Mul-

Multaq; percipies reliquæ tibi commoda Vitae,
Atq; tuum nomen semper, laudesq; manebunt.
Magnus honorabit Vatem te Feltrius Heros,
Heros, præsidium cunctis quem Vatibus ipse
Cælicolum Pater æthereo demisit olympo.
Magnanimus Princeps, summorũ à sanguine Regũ,
Augusto maior: quo non præstantior alter
Consilio: summis qui ornat virtutibus orbem.
Is te secernet Populo, quernaq; corona
Tu ornatus, feries sublimi vertice cælum.

PERILLVSTRIS, AC EXCELLENTISSIMI

Iuris Vtriusque Consulti

D.D. CÆSARIS ACCOROMBONI de Soteride Testimonium.

MACCIVS Aonios animos, monumentaq; Vatis
Andini haud dubia grauitate imitatur, & arte.
Sed tamen, vt longè superant virtute Pelasgos
Fortia facta patrum, quibus omnia fecit Olympus;
Sic quoque res gestæ Christi, superataq; saeui
Tartara Luciferi, & reuocatum ex sedibus imis
Humanum ad Superos genus Æneadumq; Ducumq;
Graecorum penitus fulgentia nomina vincunt.
Maccius haud aliter claræ virtutis Homerum
Euincit, superatq; suum sine more Maronem.
Heros est maior; factorum immensior ordo,
Vberior grauitas, dulcis facundia nunquam

Deficiens, multusq́ lepos, & gratia fandi.
Illos cœcus amor, mentitaq́ numina rerum
In numeros mouere suos, lasciuaq́ cunctis
Carmina monstrarunt, & amorum nomina mille.
Spiritus huic Sanctus commouit numine mentem
Mæonijs tentare modis coelestia vitæ
Munera post primi facinus lethale parentis.
Mundus ut ergò illis, terrenaq́ præmia dantur;
Huic ita sunt cœli, & cœlorum maximus auctor
In precium Christus, rerum monumenta suarum.
Et tandem æthereas, cœliq́ relatus ad oras,
Heroas inter sacros, interq́ cateruas
Aligerum Iuuenum sortitus vera laborum
Præmia tantorum composta mente fruetur.

Aliud eiusdem.

CEDITE Romani scriptores, cedite Graij
Et vetera his nostris cedite temporibus.
Non quicquā maius, non quicquā ingentius vnquam,
Quàm noster toto Maccius orbe fuit.
Tempora nec meliora equidem, aut fœlicior ætas,
Quàm nostra, egregium quæ peperere virum.
Laurum ergo imponat capiti, lætumq́ triumphum
Maccius ad Petri mœnia victor agat.

IN SEBASTIANI
MACCII DVRANTINI
SOTERIDA

DOMINICI CONTII FLORENTINI
Endecasyllabum.

*D*EFIT cur cythara mihi Camenâ
Solers, tollere ad astra te vt valerem
Macci? at quid valeã, sieuue qualis,
Vatum pace tamen loquar priorum.
Nil tàm insigne Maro, nihilq; Homerus,
Nil Orpheus cecinit, Linusq; vates.
Quin maius resones tuba, lyraq;,
Tu salem, ac pietatem oles Poeta.
Iste vnus meret ara nunc libellus;
Hic pertransiat est necesse pontum,
Hunc apostatica legant cohortes,
Flaccum, ac Virgilium Magister ergò
A palmis iuuenum mouere cures,
Maccij impone sacrum manu libellum,
Sic docti pueri, pijq; fient.

Quos

Quos dant sollicitti tibi parentes.
Si quandò (ò vtinam) mihi licebit
Tuis carminibus canisonoris
Macci, non timeam dies edaces,
Sed laudata virum per ora longè
Iàm fœlix volitabo, iàm beatus.

SOTERIDOS

Libri Primi

ARGVMENTVM.

CONIVRAT Satanas mox natum perdere CHRISTUM,
Mittit & Arctoum Solymorum ad mœnia Regis,
Suadeat vt tantum facinus. Coguntur in Aulam
Primores Solymi & tollendum funere monstrant.
Cœlesti admonitu Ioseph cum Virgine Sancta
Niliacas raptim puerum deducit ad oras.
At Charchorus atrox mandato Regis iniqui
Bethlemos pueros violento funere perdit.

SEBASTIANI MACCII DVRANTINI SOTERIDOS

Liber Primus.

NUPER ego in ripis, fausto quas ro-re Metaurus — Moralia.
Irrigat, & Mauro conspersit sangui-ne quondam
Romulides, clarumq; dedit per sæcula nomen,
Pastorum curas calamo meditabar agresti;
Inde etiam studio meliori elatus, & arte, — Naturalia.
Mortalis vitæ cursum, & certamina dixi:
Nunc opus haud cuiquã peractũ, excelsa Tonantis
Facta, Deumq; cano, peperit quem regia Virgo — Diuina.
Cælesti genitore satum, sub paupere tecto — Propositio.
Urbis Bethlemæ, cecinit prout maximus Heros
Dauidus obscuris verborum ambagibus olim; — Psa'm.2.8.13 17.18.22.23 39.44.45.50 52.66.71.79 83.84.86.88
Vtq; pij Vates cælesti numine pleni,

95. 97. 109. 113. 117. 119. 131 144 149. Isai. c. 7. 9. 11 16. 32. 35. 61. Iere c. 31. Baruch c. 3. Daniel. cap. 7. 9. 10. Amos. c. 9. Michae. c. 5. Agge. c. 2.

Antè alios Solymis, venturum ex æthere regem
Quondam diuino monstratum carmine mundo,
Heros Omnipotens primordia vera salutis
Monstrauit, cæcasq; fores, tenebrasq; resoluit
Obiectas animis hominum, propriumq; nitorem
Restituit, timidaq; dedit solatia menti.
Quid verũ, atque decens, quid sancti Numinis iram
Leniat, infensoq; Patri quo thure litandum,
Ponat vt immensas iras, tumidosq; furores,
Dum Deus humana lustraret imagine terras,
Edocuit, sanctosq; olim cecinisse prophetas
Dixit, verùm illa haud cuiquam intellecta priorum.
Multa quoque est tandem Solymæ crudelia gentis
Perpessus monumenta suæ, vt reseraret Olympi
Seclusas valuas, Satana sub Tartara misso,
Et scelus antiquum crudeli morte piaret.

Inuocatio Spiritus Sancti.

Tu Numen, tù verus honos, tu Spiritus almus,
Et nati, & genitoris amor, tu vincula rerum,
Sancte moue vatem. Sunt magna exordia, magni
Hoc incœptum animi, tantæ sed pondera molis
Haud renuam, sancto firmes si pectus anhelum
Numine, & afflatu tantas euoluere caussas
Posse dabis. Cælo quare descenderit alto
Vera Dei soboles, & sacra Virginis aluo
Se olim condiderit, tibi plus, quàm nota, patescunt.
Te sinè nil altum mens inchoat. En, age, cunctas
Rumpe moras: Helicona mihi cælestis Olympi

Pan-

Pande libens, sacroq́ tuum medicamine vatem
Imbue, & errorum quicquid superesse videbis,
Pelle procul; puramq́ meo sub pectore mentem
Conde, mihi, vt pateant tantarum exordia rerum,
Lætus, & optatæ referam solatia palmæ.
Tu Genitrix, tu Sponsa Dei, tu Filia tanti
Principis, haud renuas votis, precibusq́ vocari.
Tu Sydus, tu Diua mihi, tu numen, honosq́,
Tu quoq́ Virginei flos intemeratæ pudoris,
Cuiq́ nouem menses licuit gestare potentem
Carminis auctorem; & sacratum condere pignus
Virgineis claustris, nec erat dubitabile verum,
Da scopulos vitare omneis, vitare minaceis
Et cæli, pelagiq́ iras, & inhospita saxa,
Vt tandem valeam reduci contingere cymba
Optatum littus, portusq́ intrare petitos.
Tu verò Antistes, mundi quem sceptra fatigant,
Et quo nil maius, quo nil Clementius vnquam,
O CLEMENS, vatis moderare sagaciter arteis;
Et mea præclaris conatibus ocia misce,
Sancte Pater, vatiq́ pium concede laborem.
Tu potes hoc vnum; Clementi fidimus astro
Nos tenues, Sydus nostro quod contigit orbi:
Hoc etenim Antipodas, pedibus sub vtrisq; repostos,
Vincimus, et mundo fuit haud Clementius astrum.
Da vires; da vota mihi, da versibus auras;
Nam te vno innixa hic semper sine labe manebit

Inuocatio Sãctæ Mariæ Virginis.

Inuocatio Clementis viij. Pont. Max.

Sancta Fides, semperq; alto fulgore nitebit;
Et pietatis amor tanto de fonte perennis
Sumet aquas, semperq; tua virtute vigebunt.
Te duce tantarum pandam miracula rerum,
Soterisq; Crucem, cui se debere fatetur
Humanum genus, & vinclis, & carcere tetro
Se ereptum agnoscit, quo possum carmine dicam,
Et referam optatum Capitolia ad alta triumphum.

Inuocatio Francisci Maria Mōfeltrii à Ruuere Vrbini Ducis.

Magnanime Heroū Pricēps, cui sceptra Metaurus
Sustinet Umbrorum, & primos Europa triumphos
Exhibet vnà omnis, mandatq; in sæcula mundus
Aeternos annos, genus alto à ROBORE cretum;
Tu quoque cum Sancto faueas Pastore potenti
Auxilium vati, & fœlicibus annue cœptis.
Tu potes, & debes: generis namq; alta vetustas,
Diues auis, atauisq; potens, sanctisq; tiaris,
Tercentumq; caput decoratum ex ordine sceptris
Hoc suadent, fidei sed honos, & maximus altæ
Religionis amor, superas quo lumina Solis
Astra superpositus, seruatum omnibus annis
Obsequium Crucis, & sancti custodia cultus,
Quam geris, hoc vnum complecti ex pectore cogunt.
Tu ille Heros, nostri virtus, & gloria sæcli,
Franciscus Maria, haud vlli pietate secundus.
Tu spes, tu robur, tu optatum ad nobile munus
Præsidium: natura etenim, & matura voluntas
Me crebris adigunt votis exposcere numen

Hoc

Hoc vnum, atq; operi hanc vitā implorare perennem.
Nam latè, ó Princeps, tibi iam apparuit orbi,
Quàm vires, animusq; tuus, roburq; vetustum
Et pace, & bello valeat fœlicibus armis.
Secedant paullum curæ, quas mente volutas
Proq; tuo imperio, proq; omnibus vndiq; regnis,
Atq; animus nobis adsit, quem pondera rerum
Frangere nulla queunt assuetum rebus agendis,
Dum Vaticano ferimus hæc munera templo:
Sunt etenim templa, quæ animis exordia nostris
Voluimus, addenda hæc, nisi me sententia fallit.
His sanctis igitur curis, studijsq; benignis
Concede auxilium, & fœlicem porrige dextram,
Ædibus vt sanctis primordia vera salutis,
Vexillumq; Crucis, quo non præstantius vllum,
Rostra super statuam, & Satana pôst terga relicto,
Æterni reges Christum reuerenter adorent.

Inuocatio Christianorũ omnium.

Hæc omnis chorus, huc pariter iuuenesq;, senesq;
Matres, atq; viri celeri contendite gressu,
Paciferamq; sitite Crucem, quæ lumine fausto
Obscuros Satanæ laqueos, tenebrasq; resoluit.
Postquàm prima Parens decepta cupidine cœco
Optatos vetita decerpsit ab arbore fœtus,
Tartareus Princeps vinclis, & carcere fracto,
Protinus emisit squallentia numina tubo,
Iussit et, vt totum vastarent turbine mundum;
In facinusq; agerent homines, contemnere summi

Vrgerent mandata Dei, & cœlestia iura.
Sæua cohors Herebi raptim, velut agmine facto,
Quà data porta, ruunt cœli melioris ad auras,
Et genus humanum regnis arcere beatis.
Contendunt, raptasq; ad Tartara vertere prædas;
Et magis, atque magis stimulis, & verbere gentem,
Cœlesti acceptam patri, seducere tentant,
Et regnis inferre cauis sub inania mundi
Imperia, & vasto iuuat indulgere furori,
Quantùm animi, viresq; valent, discorsq; libido,
Et metus, & fraudes, & amor sceleratus habendi:
Progeniem sedenim ventura in sæcula duci.
Audierant, Ditis quondam quæ inamabile regnum
Expeteret, regemq; ferum, insanumq; Draconem
Inuisum superis, centum vinciret ahenis
Post tergum nodis; famulos, gentemq; procacem
Nunquam egressurã, superumq; ad lumen ituram,
Frænaret vinclis, & amari carceris antro.
Hinc populum latè addictum cœlestibus oris,
Et iuraturum sacrati in verba magistri
Venturum excidio Idolis, arasq; nefandas
Mox euersurum; vetereis sic voluere Vateis;
Obuersatur adhuc animis furiale venenum
Perniciem in propriã conuersum, et prælia quondam
Sydereos inter iuuenes pro sede suprema.
Sed magis, atque magis stimulis ingentibus armat
Crudeleis animos, pronumq; in prælia vulgus,

Quòd fuit in praeceps caelo detrusus ab alto
Tartareus Princeps vnà cum gente superba,
Inclususq; atris sua per discrimina regnis,
Perpetuum vt tenebris gerat infoeliciter aeuum.
His super accensus scelerata sede relicta
Rex Herebi, mundum replet caligine caeca,
Euomit & rabiem, tumefactaq; pectora gestat.
Vtq; erat impatiens irae, tardare futuri
Aduentum regis supremo corde laborat,
Siq; queat, tollat penitus de gente salutem.
Vera Dei proles, Solymis vix edita tectis, Narratio.
Signa dabat venisse Deum, auctoremq; salutis
Promissum toties, populi incrementa futuri;
Cum Satanas, vastum seruans sub pectore vulnus
Haec secum. Me nè incepto desistere victum,
Nec posse è mundo Solymorum auertere regem?
Quippè vetor fatis. Certè vetor? Annè Cainus,
Nil metuens, fratrem immatura morte peremit? Gen. c. 4.
An duo praeterea ob raptam sinè more sororem Ge. c. 34.
Et Leui, & Simeon, Sichimitas perdere norunt?
Nonnè viros acreis fregerunt fortibus armis, Nu. c. 31.
Qui Phineum regem fuerant ad bella secuti?
Mille viros etiam Sampson superauit inermis; Iudicum cap. 15.
Et puer armatum gladio, clypeoq; Gigantem 1 Reg. c. 17.
Perdidit. Amnonem quoq; perdidit impiger olim 2 Reg. c. 13.
Frater Iudaeus, quem flauo crine Ioabus
Robore pendentem transfodit feruidus hasta. 2 Reg. c. 18.

Vrgerent mandata Dei, & cœlestia iura.
Sæua cohors Herebi raptim, velut agmine facto,
Quà data porta, ruunt cœli melioris ad auras,
Et genus humanum regnis arcere beatis.
Contendunt, raptasq; ad Tartara vertere prædas:
Et magis, atque magis stimulis, & verbere gentem
Cœlesti acceptam patri, seducere tentant,
Et regnis inferre cauis sub inania mundi
Imperia, & vasto iuuat indulgere furori,
Quantùm animi, viresq; valent, discorsq; libido,
Et metus, & fraudes, & amor sceleratus habendi.
Progeniem sedenim ventura in sæcula duci.
Audierant, Ditis quondam quæ inamabile regnum
Expeteret, regemq; ferum, insanumq; Draconem
Inuisum superis, centum vinciret ahenis
Post tergum nodis; famulos, gentemq; procacem
Nunquam egressurã, superumq; ad lumen ituram,
Frænaret vinclis, & amari carceris antro.
Hinc populum latè addictum cœlestibus oris,
Et iuraturum sacrati in verba magistri
Venturum excidio Idolis, arasq; nefandas
Mox euersurum; vetereis sic voluere Vateis,
Obuersatur adhuc animis furiale venenum.
Perniciem in propriã conuersum, et prælia quondam
Sydereos inter iuuenes pro sede suprema.
Sed magis, atque magis stimulis ingentibus armat
Crudeleis animos, pronumq; in prælia vulgus.

Quòd

Quòd fuit in praeceps cœlo detrusus ab alto
Tartareus Princeps vnà cum gente superba,
Inclususq; atris sua per discrimina regnis,
Perpetuum vt tenebris gerat infœliciter æuum.
His super accensus scelerata sede relicta
Rex Herebi ;mundum replet caligine cæca,
Euomit & rabiem ,tumefactaq; pectora gestat.
Vtq; erat impatiens iræ, tardare futuri
Aduentum regis supremo corde laborat,
Siq; queat, tollat penitus de gente salutem.
Vera Dei proles, Solymis vix edita tectis, Narratio.
Signa dabat venisse Deum, auctoremq; salutis
Promissum toties, populi incrementa futuri;
Cum Satanas, vastum seruans sub pectore vulnus
Hæc secum. Me nè incepto desistere victum,
Nec posse è mundo Solymorum auertere regem?
Quippè vetor fatis. Certè vetor? Annè Cainus,
Nil metuens, fratrem immatura morte peremit? Gen.c.4.
An duo præterea ob raptam sine more sororem Ge.c. 34.
Et Leui, & Simeon, Sichimitas perdere norunt?
Nonnè viros acreis fregerunt fortibus armis, Nu.c.31.
Qui Phineum regem fuerant ad bella secuti?
Mille viros etiam Sampson superauit inermis; Iudicum cap. 15.
Et puer armatum gladio, clypeoq; Gigantem 1 Reg. c. 17.
Perdidit. Amnonem quoq; perdidit impiger olim 2 Reg. c. 13.
Frater Iudæus, quem flauo crine Ioabus
Robore pendentem transfodit feruidus hasta. 2 Reg. c. 18.

4. Reg. c. 19. *Assirias acies etiam, sæuasq; phalanges,*
Qui mihi nuper erat fraterno iunctus amore,
Deleuit, quamuis sine viribus esset, & armis:
Ast ego, cui imperium est animarũ, vmbraq; silentes,
Et Chaos, & Phlegeton, supera cum gente potenter
Bella tuli, regnumq; mihi sub inania mundi
Tartara constitui. Genteis habeoq;, regoq;
Innumeras. Terras, totumq; tremoribus orbem,
Cum placet, excutio: cœloq; inferre ruinam
Ipse queo; & nostris quis erit contrarius armis?
Nunc tamen impellor pauidos ostendere vultus,
Et trepidare metu, postquàm Bethlemus ad auras
Missus adest. Nec pro nostro imperio ipse laboro,
Quod fuat æternum, rabie sed pectus anhelat,
Quòd genus humanum fiet super æthera notum:
Et nostras sedes nostro cum crimine semper
Semper in æternos alter prædabitur annos.
Rex Herebi hæc secum: & furiys exarserat atro
Felle dolor, cunctasq; cadit fremebundus in iras,
Dentibus infrendens, huc ora ferebat, & illuc:
Terq;, quaterq; omnem lustrat sub nocte natantem
Infernam gentem; ter totum excurrit Auernum;
Seq;, suasq; animas flagris plus, quàm antè, fatigat.
Mentis inops, quid agat, nescit, nec iurgia ferre
Tanta potest. Animo demum hæc sententia surgit.
Est locus extremis Herebi, & Phlegetontis in oris,
Ab ἄλγος, & ψυχῆς. *Algopsycha vocant. luctus, curæq;, doliq;,*

Et

Et metus, & cæca posuere cubilia fraudes.
Triste solum, & nox. s fæcundum, & crimine turpi,
Et pœnis, semperq; vorax sine fine barathrum.
Hic nimio elatos studio feritate coercet
Pœna atrox; hic vanus honos, vecorsq; libido,
Ambitio, & cædes variæ, segnesq; caterua
Proditionis agunt pœnis crudelibus æuum.
Vana superstitio, & per crimina plurima fictus
Relligionis amor, studijsq; tenacibus acta
Asperitas, semperq; doloribus excita sæuis
Inuidia, & cælo vitiorum alimenta prophano
Cuncta vigent, meritasq; luunt per crimina pœnas.
Hunc circum solido paries adamante tuetur
Septa locum, proprioq; facit molimine tutum.
Tartareus Phlegeton cingit tantam vndiq; molem,
Flammarumq; globos, liquefactaq; saxa volutat;
Cocytiq;, Stigisq; omneis ingurgitat vndas,
Fitq; locus nulla penitus superabilis arte.
Hic surdus, serpensq; manet, Baraisq;, Zamisq;,
Charcamis, et Gerzis, Bacchenor, corniger Hammon,
Arctousq; ferox, & Cendeboeus, & ipse
Belzebus, atq; Esthon, Malagurus, et Horror, et Achor
Quiq; alij duxere olim in regione suprema
Principe pro Satana fœdato pectore classeis;
Quiq; arma, & titulos, qui insignia turpia, quiq;
Fœda ministeria atque insanum accendere Martem
Sustinuere, tenent gelidis Phlegetontis in antris

quod est dolor frigoris.

Suppli-

Supplicia, & diris cruciatibus ocia degunt.
Et pœnis pœnas adigunt, torquentur & ipsi
Mille modis, atque in sua viscera crimina trudunt.
Cornua sunt fronti, capiti sunt cornua; palmis
Sunt vngues, duris cinguntur corpora setis;
Flamma oculos agitat, dentes extare videntur;
Labra incana situ, totoq; est corpore pallor:
Nec similis vultus, penitus nec imagine discors.
Ore vomunt ignem, & cœcis stridoribus auras,
Et fumo exopplent, & miscent omnia nocte.
Infernis viuunt tenebris, & tristia bella,
Iræq;, insidiæq;, & crimina noxia cordi,
Gorgoneæq; faces, & sanguinis vltimus ardor.
Odit & ipse pater tenebrarum, odere ministri
Monstra sui, tantum retinent feritatis in ore;
Tam sæua est facies, tot habent in pectore formas.
Constitit hic Satanas, & postquàm lumine toruo
Gentis opus, moresq; feros, pœnasq; nefandas
Vidit inexpletis seruari viribus, vnum
Seuocat Arctoum, & sæuis absistere pœnis,
Queis laniabat atrox miserorum pectora regum,
Qui fastu incubuere nimis, (capit alter habenas
Supplicij in miseras animas) iubet ocyùs, atque
Fide minister, ait, iussorum Arctoe meorum;
Orbe Palestino, atque Asiæ melioris in oris,
Æthyopas contra, positosq; sub ignibus Indos,
Sydereis, iuxta septemq; flumina Nili,

In

In medio terræ tractu, cæliq; meatu;
Urbs ditione viget, proauisq; potentibus altum
Erexit caput, atque vrbeis supereminet omneis;
Diues agri, & diues pecoris, quam condidit olim
Rex Canaæ, proprioq; Salem tunc nomine dixit;
Tempore sed paruo Solymam dixere minores.
Hic tenet imperium Solymorũ, et sceptra gubernat
Herodes; hominem pete, nostraq; suggere iussa.
Dic properet natos, primæ queis munera vitæ
Bina per Autumni, atque æstatis contigit vsus,
Perdere, & absq; metu tali pietate secundet
Imperium: natus namq; est, qui destruet omne
Gentis Iudaæ regnum, peruertet & vrbeis.
Hunc populi regem facient, regemq; vocabit
Turba omnis, sceptroq; hominum, regnoq; parabit
Insidias, figet leges populo, atque refiget.
Talia dicta dedit Satanas; cum stringere pennas
Incipit Arctons; iam iamq; per aera sursum
Deuenit in Solymam, & letheo rore madentem
Comperit Herodem, atque aptissima tempora noctis
Iudicat, vt saeui referat mandata Tyranni:
Confirmat somnum, & tali sermone profatur;
Quid somno incumbis, rerum ò cui cessit habenas
Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum?
Nonnè vides regno occultas, & fraude paratas
Insidias fieri? & tua tendere regna per amplum
Interitum, damnumq; fore irreparabile vestrum,

Ni-

Ni caueas? serò posces medicamina, postquàm
Egerit in populum radices tabidus error.
En ego nunc adsum superis demissus ab oris,
Ut tibi iussa feram Domini Omnipotentis Olympi,
Atq; iuuem, nè fortè cadas, nè concidat ingens
Imperium, sed agas totum fœliciter æuum.
Syriacam intra vrbem, Iudæ in confinibus, ortus
Est puer, & Solymæ gentes, vrbesq; propinquæ
Imperiom asciscent, regemq;, Deumq; vocabunt.
Se patre namq; Deo genitum, castaq; puella
Asseret, & populos sua per miracula ducet
In proprias leges, mores, cultumq; nouabit
Gentis Iudææ, & noua condere iura videbis.
Si sapies, rapto huic iugulum mucrone resolues:
Et iam dede neci puerum; quas ceperit auras,
In tenuis ventos festinus perdere cura.
Uerùm, nè desit tantis solertia rebus,
Perde omnis natos, geminus queis contigit annus
Mortalis vitæ: proprijs nec ciuibus vlla
Gratia sit facti, peragas quin munera ferro
Tanta prius facinus quàm reddat vulgus inane.
Surge, age, rumpe moras: adero tibi semper ad omnem
Conatum, & vires, animumq; ad tanta mouebo
Imperia, & voti fies me iudice compos.
Hæc ait, atq; oculis, animoq; obiecit Erymnim,
Inspiratq; graueis animos, rabidosq; furores,
Cerbereq; oris spumas, & virus Echydnæ.

Erro-

Erroresq; vagos, cæcaq; obliuia mentis,
Et scelus, & curas, rabiemq;, & cædis amorem.
At ferus Herodes in somnis, Prodimur inquit;
Prodimur, ô Ciues; nobisq; per impia regnum
Crimina contrahitur: scelus est, quod prodere tentat.
Arma mihi, iam ferte arma; & defendite muros,
Nè Solymi pereant, solium ne sumat habendum
Quisquam alius, nostrasq; premat crudeliter arces.
Hæc ait; & somnus fugit velocior aur.
Antè diem, & strato recubans turbatus in alto,
Rex stetit; & pauido nocturna per ocia sæpè
Visa animo repetebat atrox; sed cura fatigat
Antè alias regni, atque impensiùs aggerat iras.
Nam quòd Idumæo primus de sanguine regnum
Ceperat in Solymis, Solymasq; oppresserat arces,
Inde sibi, & regno populi metuebat amorem.
Postquàm nocturnos Aurora remouerat ignes,
Eccè toro Herodes consurgit, & anxius omneis
Perlustrat thalamos, atque atria tota recurrit
Impatiens, expersq; sui, furibundus, & amens.
Interea Reges donis Orientis onusti
Eccè adsunt, stella deducti limite certo
Ad puerum, dederat partu quem Regia Virgo,
Conueniunt, vulgusq; rogant, quibus adsit in oris
Rex Solymæ gentis nuper demissus ab alto,
Audijt Herodes, & secum multa reuoluens,
Visa etiam repetens, regem putat esse timendum,

Math. c. 2.

Nec

Nec falsos testeis, nec falsa insomnia ducit:
Extemplo gelida trepidus formidine rerum
Imperat, vt Solymi proceres, populiq; magistri,
Quiq; solent tenebras vigili remouere labore
Vatibus è sacris, manifestaq; reddere sensa,
Conueniant, raptimq; ad celsa palatia tendant.
Hos vbi iam venisse videt, iam iamq; paratos
Sentit adesse omneis, solio consedit eburno,
Longæuosq; patres circum, subterq; locatos
Terq;, quaterq; oculis, fecit quos ira tremendos,
Lustrat, & immani sic farier incipit ore:
Magna mihi, Patres, vobis narrare necesse est,
Quæ si consiant, Solymorum perdere regnum
Absq; mora poterunt: Poterunt tamen ista caueri,
Si tanti imperij melior vos cura remordet.
Visa mihi est animo, terras dum somnus habebat,
Nocte sub obscura diuinæ mentis imago.
Hæc monuit fines intra, Iudæq; penateis
Exortum infantem, qui se cœlestibus ortum
Asseret, & nostrum imperium ad sua vota vocabit.
Perdendum hunc vnum suasit, sed perdere multos
Est opus, vt multis vnum perdamus in ipsis.
Ecce etiam Reges adsunt, qui sydere claro
Deducti exquirunt, vbi sit Rex gentis Iudæ.
Dicite nunc, Patres, quod habent præsagia Vatum,
Et quæ nunc animis surgit sententia vestris.
Talibus Herodes curis ingentibus implet

Longanos proceres, & sæuas excitat iras
In puerum. Cupiunt omnes abolere repentè
Regni assertorem, nomenq; extinguere factis;
Nam nec promissum quondam, nec cœlitùs illum
Aduenisse putant, sed ficto nomine credunt
Syriaco in populo tantum sibi quærere nomen.
Murmura sed postquàm compescuit ore, manuq;,
Maximus antè alios Iudas Sariphæus, & altæ
Interpres legis, didicit qui oracula Vatum
Sub tenebris contecta priùs reserare benigno
Verborum auspicio, patefactaq; reddere mundo,
Surgere conatur, prohibet sed longa senectus,
Herodesq; vetat; veræ vt pietatis amator;
Inde sedens regi breuiter sic ore profatur:
Quod petis, ó Princeps, Vatũ monumenta priorũ,
Si rectè accipias, nullis ambagibus indunt.
Tu Bethlem Iudæ non ampliùs inter habenda
Exiguos Iudæ pagos, minimosq; penateis,
Maxima sed fies, & eris vrbs maxima semper;
Ex te nam surget, paucis labentibus annis,
Qui regat imperio Solymam, tueatur & vrbeis,
Expurget populum vanis erroribus, atque
Incolumem faciat, reuocetq; ad regna beata.
Hæc Vates scripsere olim, Christumq; futurum
Signari his verbis, veteres dixere magistri.
Et pater ex atauo didicit, memoriq; tenebat
Mente, mihiq; dedit longo confectus ab æuo

Ioseph. antiq. li. 17. c. 18. & Card. Baron. Ann. Eccl. t. 1. anno. Christi, 8. c. 2. & 3.

Isai. c. 9. & 11. Miche. cap. 5. Matthæ. c. 2. Io. c. 7.

Hæc

Hæc genitor, Vatisq; locum compunxit, & auxit.
Hæc dixit Iudas, senior longæuus idipsum
Ex Margalotho Matthias patre creatus
Confirmat verbis, seniorumq; approbat omnis
Consultus numerus doctæ præsagia linguæ.
Sed tamen inuidia, & vana formidine pleni,
Ne inde sacer ritus, summotis omnibus aris,
Gentibus externis tractandus cedat, & vrbem
Excipiant alij supremo iure regendam,
Iudæosq; premant, fuerit prout cuiq; libido,
Solliciti poscunt, conetur pectore toto
Exortum infantem certis cognoscere signis,
Inuisumq; necet, regnoq; incumbat, & vrbi;
Atque paret, quacunque sciat, quacumque rependat
In tantis facienda malis, quacumque putabit
Posse graue casum, et surgentem extinguere flammam.
Post hæc Herodes Reges Orientis amico
Clam sermone vocat, stellæq; micantis ab ipso
Principio edidicit nullo discrimine tempus;
Inde ait; O procerum rectores, quiq; tulistis
Ignotis terris vestro pro rege labores,
In Bethlem properate viam; rex natus in illa
Esse potest puer: ite, et, quæ cognoscere vobis
Tunc dabitur, nobis raptim referetis, & ante,
Quàm patrium in regnũ, et vestras redeatis in oras,
Hoc facite, ò Reges; vt regem ex tempore natum
Ipse adeam supplex, & sacrum numen adorem.

Ioseph. Ant. l. 17. cap. 16. & Card. Baron. Ann. Eccl. t. i. ann. Christi. 8. c. 3.

Hæc

Hæc ait; at Reges Solymorum ex vrbe profecti
Vix petiere viam, sydus cum lumine claro,
Quo duce ab Aurora multarum mensa fuerunt
Terrarum imperia, & peragratus plurimus orbis,
Anteit, ecce, illos, puerique supra astitit ædeis.
Illi autem toto lætantur pectore, & intrant
Sacratum Regis thalamum, puerumque supremum
Cum Maria inueniunt humili in præsepe iacentem.
Continuò ad terram procumbunt corpore toto,
Et gestu, & verbis numen reuerenter adorant.
Thesaurosque suos reserant, preciosaque promunt
Dona, aurū, et myrrham, et thura è regione Sabææ;
Inde Deo, & regi, & puero pro munere præbent.
Hinc moniti in somnis, Herodis regis ad vrbem
Haud redeunt, populosque alios, gentesque, locosque
Diuersos peragrant, Nabathæaque regna reuisunt.
Interea Pater Omnipotens, cui lucida parent
Sydera, cui rerum penitus cognoscitur ordo,
Sentit Idumæum crudelia fata parare
Diuinæ soboli, & iam iam sua iussa per omne
Extendi imperium, vt tollat de gente salutem.
Tum iuuenem aligerum, cælo qui missus ab alto
Humano generi exoptatum pertulit omen,
Seuocat, & tali breuiter sermone profatur;
Vade, age, dicque Viro, properet discedere tectis
Gentis Iudææ, & matrem cum prole superna
Niliacas raptim secum deducat ad vrbes,

B Propter

Propter Idumæi regnum crudele tyranni.
Nuncius extemplò volucer discedit ab alto,
Fulguris instar iens per amica silentia noctis,
Nazareamq; adit, & curis, somnoq; grauatum
Aggreditur sermone virum, cui contigit vni
Cura sacræ sobolis, tandemq; hæc imperat vltrò.

Matth.c.2.

Ille ego sum Gabriel, cœlestis nuncius ales,
Qui tibi iussa fero Patris mandata per auras,
Vt te commoneam, & venturi oracula pandam.
Regnat Idumæus nulla pietate tyrannus
In Solymis, puerumq; audiuit Virgine natum:
Hinc struit insidias, vnumq; vt perdat, in omneis
Fata parat, vitæ qui videre ocia primæ.
Heu fuge crudeleis terras; fuge Principis iram;
Et fer in Ægyptum puerum cum Virgine sanctâ:
Absque mora, regni donec moderatur habenas
Impius Herodes. Nam postquàm pallidus Orcus
In sua condiderit crudelem viscera regem,
Tunc adero, & reditum monstrabo limite certo.
Talia fatus erat Gabriel, cum prouidus heros
Nocte intempesta, dum sol tellure sub alta est,
Et matrem, & puerum, diuinæ pondera molis,
Accipit extemplò, & crudelia tecta relinquit
Regis Idumæi, & sceleratum principe regnum.
Ibant obscuri sola sub nocte per vmbras,
Perq; domos Iudæ vacuas, & inhospita regna
Vertere festinant Solymorum præpete passu.

Imperium

Imperium, donec suffulti numine summo
Et pater, & genitrix Sancta cum prole petitam
Ægyptum attingunt, finem, requiemq laborum.
Ut fausto tetigere gradu septemflua Nili
Ostia & in tutas duxere per auia terras
Cælesti genitore satum, propè fluminis vndas
Consistunt auidi, ac magno telluris amore
Ingressi, optata læti potiuntur arena,
Atque via lassos artus in margine ponunt.
Ac primùm silicis scintillam excudit: Ioseph,
Succepitq; ignem folijs, atque arida circum
Nutrimenta dedit, rapuitq; in fomite flammam.
Præparat hinc tenuesq, cibos, mensamq; ministrat
Sollicitus coniux, vires vt fessa resumat
Exiguas Virgo, nimioq; labore soluta
Membra sibi reparet dapibus tum fortè paratis.
At MARIA extemplò totis complectitur vlnis
Cælestem puerum, sanctissimaq; oscula iungit.
Post hæc exsoluit pannis, quibus ille reuinctus
Antè fuit, Iudæ dum barbara tecta tenebant.
Inde sinu admotus, preciosi munera lactis
Ore capit, paruasq; manus extendit ad ora
Virginis, & tenui colludit ad vbera dextra.
Hoc primùm intendit Virgo, hæc impensiùs illi
Cura subit. Natum solùm miratur, & illum
Custodit solùm, & mira pietate tuetur.
Vescitur hinc Ioseph sancta cum Virgine, et ambo

Contrectant puerum, & supremo pectore gaudent
Humani generis manibus tractare salutem.
Postquàm excepta fames, et amor cōpressus edendi,
Intentis oculis puerum mirantur, & altos
Nunc introspectant oculos; nunc flammea lucis
Lumina non tolerant; & nunc hominemq; Deumq;
Supplicibus studijs ambo reuerenter adorant.
Hinc Ioseph geminas tollens ad sydera palmas,
Atque oculos, summoq; trahens suspiria corde,
Ingemit, & taleis perfundit ad æthera voces;
O quantas, Pater Omnipotens, tibi maximus orbis,
Sed Solymi primùm, debent persoluere grateis.
Non regni, non gentis honos, non gloria sceptri,
Nec minus imperium, melioraue gaudia vitæ
Mandatum Omnipotens, & ineluctabile Trini,
Uniusq; Dei placitum potuere mouere,
Natus vt exilium, cælesti sede relicta,
Sponte sibi caperet, peregrinaq; litora terræ
Humano indutus vultu lustraret egenus.
Quiq; erat æternus, fieret mortalis; & omnem
Sentiret curam, & crudelia iussa timeret.
Uerùm amor, et studium, quo nos complecteris ipse,
Tanta peregerunt, natum vt iam iusseris hasce
Pertentare vias, seq; obiectare periclis
Omnibus, vt sæuo genteis auferret ab Orco
Prouidus, atque homines cælestibus inderet oris.
Hunc nullæ gentes noscunt, Solymiq; tyranni

Mox

Mox natum arrepto coniurant perdere ferro.
Tu, Pater, arce feram rabiem, & tueare salutem
Venturam ex puero, & nostro auxiliare labori.
Hinc MARIAM sermone pio, cōuersus ab alto,
Aggreditur Ioseph, & talibus ora resoluit;
O tu virginei flos intemerate pudoris,
Sponsa Dei, quantum natoq́, Deoq́ fatendum
Est nobis debere simul, quòd gratia nobis
Tanta fuit concessa priùs, sub paupere tecto
Gentis vt humanæ seruatoremq́, patremq́,
Assidua cura, & studio tegeremus amico.
Et tu, quàm fœlix Virgo, cui contigit vni
Aeterno genitore satum comprendere sacro
Conceptu, & stati perfecto temporis orbe
Illæsis claustris miro depromere partu.
Cuius enim aduentum nostri cupiere parentes
Prospicere antè obitum quondā, precibusq; petebant,
Hisce oculis nuper venientem vidimus ipsi,
Et manibus tractamus adhuc puerilia membra
Soteris, tulimusq́ modò è regionibus illis,
Sæuus vbi regnat Satanas, & sæua Megæra.
Et quis erit, nobis qui hæc nunc concessa putabit,
Is nisi sit nobis natus pro teste, fidemq;
Haud dubiam faciat, nulloq; errore moretur?
Sit nobis igitur curæ, cui cura salutis
Impendet nostræ, & tantùm haud tolerare grauatur.
His dictis curæ emotæ, pulsusq; parumper

Corde dolor tristi; gaudet. Iessæa Virago
Obsequio pueri, & tantos perferre labores.
Colligit hinc notas, velamina linea, vesteis,
Et puerum gremio complectitur; inde fluenta
Prima capit Nili; precibus dehinc ore solutis.
Et pater, & genitrix vicos, vrbeisq; propinquas
Cum puero exposcunt, fælix, tutumq; requirunt
Hospitium, & nullo pollutas crimine sedes.
Interea Herodes, postquàm præsagia Vatum
Audijt, & Solymos sensu suadere necandum
Cælestem puerum, Solymorum forsan ab oris
Æthyopas reges proprios repetisse penateis
Haud solito tractu, vt Solymis crudelia fata
Extemplo apportent, moueantq; per ocia bellum,
Secum animo voluit, curisq; agitatur, & ira,
Vt raptim extinguat diuinæ prolis honores.

Tempus erat, quo extrema quies mortalia mēbra
Permulcet, donoq; Dei gratissima serpit;
Eccè tibi Arctous, rediens è sedibus imis,
Exhortator adest, scelerisq; repertor, & auctor;
Et stetit ante torum, & verbis audacibus vrget
Sollicitum regem, tacitusq; subintrat in artus,
Atque animum, mentemq; tenet, flectitq;, mouetq;
Vt libet, & penitus vesano concitat oestro.

Vix benè desierant noctis confinia, quando
Herodes surgit, stimulis maioribus actus,
Accersitq; virum, quo non crudelior alter

Tunc

Tunc erat in Solymis, Charchorum nomine dicunt.
Huius namq; atavi duris de cautibus orti
Rupis Caucaseæ, & nutriti ex vbere Mauro,
In Solymam venere olim, Solymisq; dedere
Infandæ instrumenta necis, tormentaq; serræ,
Et crucis, & lapidum, & sævarum mille rotarum.
Ignitis facibus, duroq; necanda metallo
Corpora monstrarunt, sævasq; dedere catenas,
Et funes, laqueosq; feros, & mille pararunt
Mille vijs aditus tormenta ad cætera turbæ.
Hæc demum in sacros vates, sanctosq; prophetas,
Virgineosq; artus Solymi monumenta dedere.
Vt videt Herodes hominem, turbatur, & altis
Se implicitum curis, vultu, gestuq; fatetur.
Vtq; erat ipse sui, mentisq; & pectoris expers,
Omnia commemorat, sibi quæ fecere timorem
Perdendi imperij, rerumq; extrema videndi.
Fit sermone ferox, tandemq; hæc fatur ad illum;
Tu, Charchore, mihi vires, mea magna potestas;
Tu solus nihil exhorres; tu interritus vltro
Cuncta audes: pro me tua nunc dextra audeat, opto;
Iste animus, pectusq; tuum; mihi seruiat istud
Nunc robur, ne noster honos, infractaue cedat
Fama loco, factiq; feres tua præmia victor.
Non labor hæc faciet, verùm quæ audacia præstat
Virtuti; primosq; sibi reuocauit honores.
Vade, age, nūc Bethlem; breuis est via; vade repēte;

Distat ad Hierusalem sex mill. pass.

Et cape militiam tecum; ſanamq; cohortem,
Quæ facit, vt Solymi timeant mea iuſſa, capeſſe.
Hic natos occide omneis, qui tempore binos
Videre autumnos: ſic ſtat ſententia nobis;
Hoc placet: hoc volumus: ſit pro ratione voluptas.
Hæc ait Herodes. Charchorus it ocyor aura
In Bethlem, circum ſtipatus milite, & armis.
Heu miseræ matres, iam iam non amplius vltra
Dicendæ matres, ſcelerata abſcedite terra,
Dum licet, inq; ſinu pueros abſcondite veſtros;
Nam ferus hoſtis adeſt. Conſperſos cæde penateis
Infantum, & ſubito currenteis ſanguine riuos
Aſpicio; triſtisq; meas vagitus ad aureis
Fertur, & haud poſſum tantas tolerare querellas.
At Charchorus atrox poſtquàm peruenit ad vrbē,
Protinus immittit famulos, rigidosq; miniſtros
Extra vrbem primùm, mox intra mœnia raptim
Illi abeunt, quærunt q; domos, notosq; penateis
Bethlemi imperij, & magalia cuncta requirunt.
Hinc manibus ſæuis rapiunt puerilia membra.
Quæ teneræ matres tunc munere lactis alebant;
Et referunt ſecum Bethlem ad Prætoria tecta.
Inq; atris thalamis inhoneſto carcere claudunt.
Hæc vbi facta videt Charchorus, lætior extat,
Vipereasq; ciens Stygia de valle ſorores, (Ierem. c. 31. & Matth. 2.)
Triſte parat facinus, ferroq; armatur, & intrat
Confeſtim ad pueros, nec non concludit apertos

In-

Ingressus, valuisq; omneis coniungit, & armat
Custode, ingentiq; ferox molimine munit.
Inde feris manibus vagina liberat ensem,
Arripit & puerum, qui tanquam matris in vlnis
Colludit, paruisq; adducit colla lacertis,
Mistaq; blanditijs puerilibus oscula iungit,
Nescius extremæ lucis sibi fata parari.
Aspectu pietatis atrox Marpesia cautes
Mota foret, nimia scopulus pietate labaret;
Attamen ille tuens oculis immitibus illum,
Ut stimulis commotus Aper, seu Tygris, ab ipso
Pronior in rabiem lateri, quà pectus adhæret,
Ense ferit, mater, clamantem, & colla petentem;
Nec vultum auertit. Satis illi ad fata vel vnum
Uulnus erat; iugulum post hæc mucrone resoluit.
Inde suis vicibus puerorum abscedere cogit
Insonteis animas, omneisq; vno ordine ferro
Enecat, & sæuo replet penetralia tabo.
Qualis ab Alpinis rabie lupus excitus antris,
Armentum inueniens, pecus aut imbelle, repentè
Exululat raptor, sæuaq; cupidine, & ira
Utitur in pecudes, nunc has, nunc enecat illas,
Donec strata iacent animalia cuncta per herbam;
Stat super, & cœlo cædem intentare videtur:
Cædibus expumant rictus, pectusq;, oculiq;,
Et crura, & villi concreto sanguine torpent.
Talis erat species Charchori, tale ferebat

Exci-

Excidium, lætusq; suos sic viderat hosteis
Huc illuc sparsos per opacum carceris antrum.
Cunctorum haud metuit cum primo in limine vitæ
Infantum ferro nascentia rumpere fata.
Crimine quo pueri cædem potuere mereri?
Sed satis est potuisse mori: traxitq; furoris
Impetus; & visum est lenti haud maiora nefanda
Perpetrasse manu, & rerum fecisse ruinam.

D. Aug. de lib. arb. c. 23.

Fælices pueri, tanto qui munere digni
Facti estis, pueri vt Christi pro nomine dirum
Supplicium, & pœnas penitus ferretis iniquas.
Carmine quo referam vestrarum munera laudum?
Parcite nunc vati, & cælo inspirate benignum
Auspicium, ô Pueri; & nostris accedite votis.
Vos primi innocuum fudistis cæde cruorem;
Vos quoque testati Christum sotera potentem
E cælo in terras humana mole grauatum
Aduenisse, suo vt populo reseraret Olympum.
Ante alios certo signastis limite tutum
Hoc iter, & vestris pressis vestigia plantis.
Ætati nimium teneræ sua certa voluntas
Deesse videbatur, sed enim (mirabile dictu)
Approperata fuit, propriisq; est viribus aucta;
Fas, & iura sinunt tantarum credere rerum
Occultum exortũ, atque agitatam numine mentem.
Ore cruentato deinde imperterritus alto
Egreditur thalamo, atque effuso sanguine gaudet

Char-

Charchorus, regemq; adit, atque immane reportat
Crimen, & à pueris iam iam nihil esse timendum
Affirmat, curasq omneis auertit ab illo.
Prò superi, quantum mortalia pectora cæca
Noctis habent? ipso sceleris molimine Princeps
Creditur esse pius, laudemq; à crimine sumit.
Nescit mens hominum ventura munia vitæ,
Et seruare modum rebus sublata secundis.
Tempus erit, quo cuncta velit non facta Tyrannus,
Facta tamen toto lætabitur ore, diemq;
Oderit ipse suum, valleisq; optabit Auerni
Pertentasse, Deosq; hominesq; in fata vocabit;
Tanta erit huic quondam sæui impatientia morbi.
Interea matres Bethlemæ è partibus ibunt.
Quæq; suis nullumq; nefas sub rege timebant.
Ventum erat ad sæui Prætoria celsa Tyranni,
Cum famulos cernunt nullos, nullosq; ministros
Inueniunt, valuasq; vident è poste reclusas.
Audaceis faciebat amor, quo paruula proles
Diligitur, lactisq; humor suadebat eundum,
Vbera quo matres nimium distenta ferebant.
Infausto tetigere gradu loca plena cruoris;
Et passim aspiciunt summæ in penetralibus ædis
Infanteis multo commixtos sanguine & altùm
Dispersos, sæuaq; omneis feritate necatos.
Protinus exanimes, trepidoq; timore repentè
Collapsæ in pueros, atro manantia tabo

Con-

Corpora parua fouent, atque oscula dulcia iungunt;
Quæque suo nato teneris complexibus hæret.
Ut solet interdum longos intexere truncos
Vis hederæ, ex omni demissis parte lacertis.
Sic miseræ matres natorum corpora nexu
Arcta tenent, & , adest si quis super halitus ipsis,
Ore legunt; paruoq; ori plena vbera iungunt
Interdum, vt solito foueant conamine natos;
Cum gemituq atros siccabant veste cruores.
Hæc vbi nequicquam peragi videre, relictis
Corporibus, surgunt plangentes pectora palmis.
Dilaniant crinem, & summo suspiria corde,
Et gemitum ingentem tunsis ad sydera tollunt
Pectoribus, mœstisq; replent clamoribus ædeis.
Lamentis, gemituq, & fœmineo vlulatu
Tecta fremunt; resonat magnis plangoribus æther.
Haud secus, ac rueret per apertas vndiq; portas
Hostis atrox, ferroq nurus, matresq, virosq;
Sterneret, & totam percurreret impius vrbem.
E quibus vna quidem sustollens lumina cælo,
Atque manus supplex. O diris barbare factis,
O crudelis, ait; cunctarum ò pessime rerum:
Te Deus amoueat, ò nostri infamia sæcli,
Orbe suo, tellusq; tibi, pontusq; negetur.
Hæc pietas? hæc sancta fides? hæc gloria prolis
Est nostræ? Nati, quò vos spectamus abactos?
Nati, qui potuit ferrum exhaurire cruorem

Acce-

Acceptum nuper, nuperq́; emittere in auras
Perceptas animas, vitamq́ extinguere cæde?
Quid meruere pati cunarum pondera? iamq́
Quid meruisse queunt, qui nil meruere? tulisses
Ipse aliquam laudem, si nostram absumere ferro
Optasses animam. Sed quid tibi laudis habebis?
Gloria quæ fuerit? quæ laurea, quiuè triumphus
Ex nostris pueris nulla ratione peremptis?
Heu scelus? heu facinus? pereat sic barbarus ipse,
Et quicunque alius iuuit crudelia facta.
Hisce viro tellus, & eum in tua viscera conde:
Fulmine tu cælum sæuum nunc perde Tyrannum.
Tuq; Deus, cui tanta patent molimina cædis,
Redde pareis grateis; & sume ex sanguine nostro,
Quid facias, iræq́ tuæ nunc frena relaxa.
Talia vix dixit mulier, nec plura locuta est,
Cum pronæ matres, & aperto pectore terram
Percutiunt, lapsæq́ fouent languentia membra.
Hos vbi deflerunt, nec non quæcunq; fuerunt
In tantis dicenda malis, dixere parentes,
Marmoreo tumulo puerorum corpora condunt;
Serta superponunt, manibus dant lilia plenis,
Purpureasq́ rosas, atque alba ligustra profundunt,
Talibus vt donis cumulent sua viscera matres.
Inde superpositum lapidem, vt delere vetustas
Haud queat hoc facinus, solemni carmine signant.
Marmore sub gelido puerorum membra teguntur,

Quos

Quos dulcem vitam ingressos, & ab vbere matrum
Imperio regis merito sinè crimine, raptos
Abstulit ensis atrox, & funere mersit acerbo.

Libri primi Finis.

SOTERIDOS

Libri Secundi

ARGVMENTTVM.

EXcipit Hermopolis Christum, & temerarius Hermes
Se se confestim recipit Phlegetontis ad vndas.
Cuncta ruunt simulachra, quibus Pelusia tellus
Illaqueata diu fuit. Et sanctissima Virgo
Coniuge cum sancto puerum super omnia seruant.
Ioannes oritur; Zachariam obtruncat iniquus
Herodes. Solymi coniurant; deinde tributum
Persoluunt, morbisq; actus Rex tendit ad orcum.

SEBASTIANI MACCII DVRANTINI SOTERIDOS

Liber Secundus.

INTEREA MARIAM sancto cum coniuge, & almam
Progeniem, inuisam Solymis, Ægyptia tellus
Excipit, & septem discretus in ostia Nilus.
Hermopolim veniunt, clari cognominis vrbem.
Hic sedem, hospitiumq; sibi lectosq; penateis.
Constituunt, omnemq; putant procul esse timorem
Herodis, requiemq; sibi, finemq; malorum
Supplicibus spondent votis, & vocibus orant.
Vrbe fuit media ramis fœlicibus arbos,
Persis, opaca, ingens, (sic illam nomine dicunt)
Relligione patrum multos seruata per annos.
Hanc veteres quondam reges è Perside terra

Niliacos

Sozom. hist. lib.5.c.21. Niceph. lib. 10. c. c.31. & Card. Bar. Ann. Ecc. t. 1. ann. Christi. 1. c. 19.

Strab. Geog. lib. 17. Theophrast. de Plãtis lib. 4. c. 4. Plin. nat. hist. lib. 15. c. 13. Io. Ruell. de Nat. Stirp. lib. 1. c. 110. Dioscorides, & alij.

Niliacos in agros, Ægyptiaq; arua tulere,
Infandam vt mortem populis, extremaq; ferrent
Excidia, & certis turbarent ocia fatis.
Sed translata loco, & peregrina condita terra
Deposuit virus, rabiemq;, & dira nocendi
Imperia, & cælo facta est fælicior illo.
Horridus ast Hermes, medio ex Acheronte profectus,
Principio hic sedem posuit, genteisq; nefandis
Responsis adigens, insana oracula mundo
Reddebat, penitusq; habuit memorabile nomen;
Suspensæ circum vestes, memoresq; tabellæ,
Sertaq; multa aderant, voti argumenta potentis.
Nam Medi, atque Arabes, Persæ, mollesq; Sabæi,
Hyrcani, atque Indi, Parthi, & qui frigida vertunt
Arua Getæ, Scythiamq; colunt, atque orbe Britanni
Diuisi penitus nostro, & qui Araximq; furentem,
Aut Tygrin, Tanaimq; bibunt, Ægyptus & ipsa
In dubiis responsa suis petiere prophanam
Tartarei monstri vocem, lignoq; dedere
Sub pietate fidem; & tenebris fallacia creuit.
Vt verò accessit Soter, rabida ora quierunt
Insani Hermetis, lapsæ cecidere tabellæ;
Et sine honore fuit genti venerata vetustæ
Arbor iners, rami timuere, & stipite toto
Contremuit, vocisq; suæ compresserat vsum.
Aufugit stridore dato Phlegetontius Hermes
Ad fœdas Acherontis aquas, & inania regna.

C Ast

Aſt arbos, cui certa ſedet natura potentem
Excolere auctorem, & ſupremum agnoſcere regem
Ut primùm Hermopolim attigit ſanctiſsima proles,
Protinus & ramis, & ſummo vertice ad imam
Procubuit terram, & plaudentibus vndiq; ramis
Natura auctorem trunco eſt venerata vetuſto,
Pro furijs Herebi, vanis pro illuſibus illi
Conceſsit Soter morborum pellere curas.
Et conſeruat adhuc virtutem, & ſeruat odorem
Perpetuum, & totum ratibus tranſuecta per orbem,
Expellit morbos, Aconitaq; lurida ſoluit.
Senſit & aduentum Soteris proxima Mendes,
Urbs celebris, ſituq; ſimul decorata vetuſtis.
Hic ſpecus horrendum, penitusq; in cautibus ingẽs,
Innumeras errore vias habet, intus & amplas,
Ingenteisq; domos tenebrarum indagine cingit.
Ara vetus ſummo reſidet fabricata ſub antro,
Cuius in excelſo ligni effictus, & arte
Pan ouium cuſtos, Hirci ſub imagine turpis,
Aſſiduo ardebat cultu, ſacrisq; nefandis.
Mos erat in tota Aegypto, vt ſub tempore certo
Matres, atque viri vicosq; vrbeisq; domosq;
Desererent, antrumq; ingens, tenebroſaq; terræ
Hoſpitia intrarent, villisq;, & cornibus amplis
Pana coronatum colerent ardentibus aris.
Pocula multa meri, & ſpumantis pocula lactis,
Cumq; ſuis cæris candentia mella ferebant,

Præ-

Præbebantq́ꝫ ori gustanda, & deinde per aras
Unanimes celeri spargebunt pocula dextra.
Tegmine deinde viri maleolentis Panos ad aras
Induti matres cogebant turpia ferre
Crimina, & audaceis agitabant more ferarum
Concubitus, Venerisq́ dabant monumēta prophana.
Concidit insanum simulachrum; concidit ingens
Et specus, atque antrum, fundoq́ꝫ euertitur, & Pan
Mille modis confractus abit sub inania mundi
Imperia, & tandem est inferna sede receptus
Inter Auernaleis fœda cum gente ministros.

Cunctaruunt simulachra, quibus Pelusia tellus
Intumuit quondam, & cæco ambitionis honore
Thura dedit, sparsitq́ꝫ nouis altaria sacris.
Uana superstitio, & falsorum idola Deorum
In minimas conscissa iacent sine nomine parteis.
Ipsæ aræ, molesq́ꝫ cadunt, quibus alma vetustas
Fœda ministeria, & cultum impietate prophanum
Persoluit; fecitq́ꝫ pios per crimina Diuos.
Turba suam Venerem niuea sub imagine vaccæ
Ex aris cecidisse vident, imisq́ꝫ sub vmbris
Infernæ gentis sedes repetisse relictas.
Corruit Alcidæ idolum, & Grynæus Apollo
Haud vltra vanis elusit sortibus orbem.
Psammitichis aris Pallas sine honore relictis
Concidit, & toto latonæ oracula Nilo
Contempto iacuere situ, & simulachra per altam

Isa. c. 19. Euse. demōst. lib. 6. c. 20. Athan. lib. de incarn. Verb. Orig. hom. 3. diuers. in uit. sanct pa trum quod opus Euagrij esse putatur, & Cardi. Baron. Ann. Ecclesi. 1. anno Christi. 1. c. 20.

Tellurem victa, in cæcis responsa dedisse
Monstrarunt tenebris, vanosq́; tulisse tumultus.
Ex auro solido, & puro conflata metallo
Ammonis simulachra Iouis cecidisse feruntur:
Nec Iouis est vsquã effigies, nec Corniger Ammon.
Mentis inops Apis ruit, & latrator Anubis,
Obstupuit Memphis, sed & hunc cecidisse videbat.
Cumq́; suo cecidisse simul perspexit Asylo,
Et templa, atque aras summam sensisse ruinam.
Hoc Isis doluit, proprio sed mota dolore,
Coniugis insani excidium tolerauit iniqua
Mente, ruitq́; cadens, sæuoq́; fragore ruinæ
Interit, & centum furijs stimulata recessit
Tartaream ad sedem, vt meritis se exerceat vmbris.
Qui quoque Serapidis curas scripsere prophanas
Et qui responsis nimium incubuere notandis;
Qui quoque per cæcas tenebras, dirasq́; cauernas
Solemneis adiere aditus, noctemq́; canendo
Vesanis egere modis, turpeisq́; choreas
Duxere in gyrum, & festum coluere nefandum.
Cessarunt penitus, penitusq́; à crimine tanto
Ad sua se tandem retulere domestica rerum
Imperia, & finem prorsus fecere malorum.
Nam templum cecidisse ferunt, & somnia secum
In tenueis tandem rediisse fugaciter auras.
Abscessitq́; loco scelerum consultor, & auctor,
Infamis Dæmon, Stygiumq́; remissus ad Orcum

Stridet

Stridet inops, oppletq; suis clamoribus auras.
Inde Paretonium, Mareoticaq; arua, Pharonq;
Haud vltra coluit, septenaq; flumina Nili
Deseruit; penitusq; absunt lunaria fronti
Cornua cum spicis nitido flauentibus auro.
Quiq; premit vocem, digitoq; silentia suadet,
Cultaq; Bubastis cœlum fugere benignum.
Sistra absunt, aberitq; diu quæsitus Osiris,
Ipsaq; somniferis serpens tumefacta venenis (scet.
Amplius haud hominũ per plurima damna tume-
Monstraq; brutorum varias referentia formas
Conciderant, veniente Deo ad Pelusia regna.
Lætitia, ludisq; viæ, plausuq; fremebant;
Ante aras terram Diui strauere biformes,
Omnigenumq; Deũm statuæ iacuere, nec vltra
Tartareus Princeps scelerato pectore genteis
Niliacas penitus sua per discrimina lusit.
Vox quoque per lucos vulgò exaudita silenteis
Dicitur, & simulachra modis pallentia miris
Visa sub obscurum noctis. Stridoribus auras
Mendaces tenuere Dei: mouere tumultu
Montes, & magnas terrarum motibus vrbeis;
Nocturnos vlulasse caneis, vmbrasq; silentum
Errauisse ferunt, multisq; dedisse timorem.
Pyramidum cineres Satanas, seriemq; pudendam,
Et turrem Pharian, &, quæ cætera multa tenebat,
Destituit penitus, rerumq; reliquit habenas.

Libera sit tandem, & tanta sine peste remansit:
Herqum domus, & multorum regia regum.
Quodq; olim haud potuit, iusti seruator, & æqui,
Maximus Abramus, nec Moses natus in oris
Niliacis; potuit sacrata Virgine natus
Hoc Soter, tacitusq; omneis peruertere formas
Immanis Satanæ, seriemq; auferre malorum
Aduentu, & populis optatam afferre salutem.

Athanas. de Incarnat. Verbi.

Templa etiam Diuis quondam sacrata vetustis,
Assiduo feruent cultu, & solemnibus aris,
Supremum in regem sancta de Virgine natum,
Inq; Deum, sanctosq; pios, quos vera Tonantis
Relligio tenuit, Christumq;, Deumq; secuti
Diuitias spreuere omneis, & barbara regum
Imperia, & vitam intra altas duxere cauernas.

Isai. cap. 35. & Baron. Ann. Ecclesiast. t. 1. ann. Christi. nu. 10.

Ingentes etiam syluæ, & nemora auia quondam,
Per quæ vera Dei fuerat delata propago,
Illustrata vigent, & maxima templa, domusq;
Excelsis structæ ingenijs, atque arte suprema
Innumeros hominum cœtus cepere, suisq;
Legibus hic viuunt, atque ocia sancta capessunt.
Postquàm aũt Maria, et Ioseph tenuere propinquã
Hermopolim, atq; ædeis, fidumq; habuere, piumq;
Hospitium, & prolem in tutum duxere supernam;
Continuò Ioseph opera ad fabrilia versus,
Ligna, rudeisq; trabeis humanum extendit in vsum,
Pauperiem vt fugiat, manibusq; interritus omnem

Sic

Sustineat casum, & nullo cum crimine viuat.
At si prima domus Ioseph repetatur origo,
Dauidus, et Salomon patres, Abrahamq; , Pharesq;,
Et Iudas, primusq; Iacob, & deinde secundus,
Ozias, Amonq; simul, simul altus Iesse,
Manasses, et Achim, et postremus nomine Mathā.
In Solymis habuere olim palatia, & vrbem,
Et regale decus; nimium sed iniqua ferendo
Paupertas patrumq; greges, armentaq; magna,
Diuitiasq; omneis proprij genitoris ademit.
Sedulus hinc arteis didicit, lucrumq; per illas
Tantum habuit, sanctæ vt toleraret munia vitæ.
Ipsa autem genitrix diuinæ prolis, amatum
Exercebat opus, sancti oblectamina cultus,
Et requies, inopisq; suæ solatia vitæ.
Extitit atque illi veterum per nomen auorum
Deductum genus, & penitus venerabile, regum
Progenies, magnisq; atauis exorta propago.
Amborum generis scindit se sanguine ab vno
Principium, & veterum retinent insignia regum.
Dauidis ex genere, & Salomonis origine mira
Proditus est Panther; Barpanther ductus ab illo
Extitit; & Ioachim deducitur ordine tandem.
Hinc Maria æterni mater genitoris habebat
Et verum exortum, & celebrem per sæcula famam.
Quin etiā ex Mathā, Mariaq; ex coniuge nata est
Anna, Deo mulier penitus gratissima summo.

Matthæ. c. 1.

Ioseph. contra Ap. lib. 1.

Io. Damasce. de fide Ortho. lib. 4. c. 15.

Hippoly. Mar. apud Niceph. lib. 2. c. 3.

Hæc thalamis Ioachim coniuncta, & fœdere lecti
Progenuit Mariam sinè lapsu & crimine lethi.
His studijs, alijsq; simul, quæ casta decerent
Pectora, quæq; darent peregrino in litore pacem,
Heros Iessæus, nec non & Dauida Virgo
Tunc exercebant vitam, victumq; parabant.
Sed Soterа suum ventura in sæcla salutem
Humani generis, toto curare studebant
Pectore; nec quicquam studiosius alta tenebat
Coniugis, aut Mariæ in penetralibus ocia tectis.
Sola hæc cura subit; solum venerantur, & orant
Supplicibus natum votis, vt pacis honores
Contribuat, requiemq; orbi, & cœlestia tandem
Regna paret, faciatq; omneis sinè fine beatos.
Non labor assiduus, paruæ non munera prolis,
Non cura, aut studium, cunarũ aut pondera possunt
Aut Mariæ, aut Ioseph meritis pro talibus vlla
Tædia suggerere, aut suscepti muneris illis
Segnitiem inferre, aut Soteris pellere curas.
At rex Herodes stimulis agitatus, & ira
Eumenidũ, quodcumq; videt, putat esse timendum.
Nec sibi sat credit, nec habet fiducia laudem
Vlla suam: puerosq; omneis, nè Christus in illis
Transigat ætatem; stimulantibus vndiq; flammis
Irarum, exhorrens, vesanus perdere gliscit.
Vrbs antiqua fuit Iudæ in regionibus altis, (Iosc.c.21. Iose. Ant.l.5.c.2 & de bell. lib. 5.)
Quam veteres ataui dixerunt nomine Chebron.

Hic

Hic Abraham, atq; Iacob, Isac, & maximus Adã,
Qui pater est hominum, primos habuere penateis.
Hac etiam Hebraei primum in regione parentem
Effictum perhibent, hominumq; exordia primùm
Caepta dari, & factam genitricem ex osse sinistro.
Hic fuit excellens hominumq; deiq; Sacerdos,
Antiquo Baracho Zacharias natus, & altis
Addictus legum studijs, atque vsibus arae.
AEthereum ad montem recipit se prouidus heros,
Atque Deo supplex imo de pectore talis
Effundit voceis, totaq; haec mente precatur;
Omnipotens Genitor, primo praecepta parenti
Coniugij dederas, dederas vbi coniugis vsum.
Nos verò his vinclis animos, & pectora frustra
Junximus, & nomen gestamus inane parentum.
Nec dulceis natos nostro de semine, nec de
Coniugio prolem ventura in saecla feremus,
Nec nostri te damna tori, nec coniugis vllus
Tangit honos, primis quae in te spem fixit ab annis.
Quódq; aetas, viresq; obsunt, non poscimus vltra
Progeniem, sed honos thalami nos plurimus angit.
Si tamen hoc merui, meruit si crimina coniux
Tanta, tuis semper cedant mea commoda iussis
Et maneat rata, quae fuerit tua cunq; voluntas.
Haec vbi fatus erat diuino numine motus
Abiades, de more sacri penetralia templi
Ingressus prathura dedit, sanctasq; per aras

Igne

c. 7 Hierony. Ep.27. & de locis Heb. Beda de locis sanct. c. 9. Borchar. in descrip. Terrae Sãctae part. 1. c. 7. §. 68. & & Card. Barõ. Ann. Eccles. t. 1. in Apparat. c. 58. 59. & 60.

Luc. c. 1. & Card. Baron. Ann. Eccl. t. 1. in Apparat. c. 52. 58. & 60. & ann. Christi 1. c. 26. 27. & 28.

Gen. c. 1.

Igne superposito redolebant vndiq; mensæ.
Turba erat antè fores, & erat vacua atria circum.
(Fas vt iura facit) votis vt ritè profusis
Oraret veniam, & conquireret ocia rebus.
Eccè tibi raptim cœlesti missus Olympo
Nuncius, & dextra præsenti in lumine fulget
Aureus, & niuea redimitus veste nitebat.
Obstupuit subita iuuenilis imaginis vmbra
Optimus Abiades; plenumq; horrore supremo,
Et grauibus curis iuuenis solatur, & inquit;
Ne timeas sanctis aris operate Sacerdos;
Vota, piasq; preces, cœli qui sydera torquet,
Audijt Omnipotens, &, quæ modò thura ministras,
Protinus excepit; gratissima thura fuerunt;
Namq; tibi coniux diuinæ mentis Elisa-
Beth tua præclaro pariet de semine natum;
Quē quoq; post ortum, et post tempora certa Ioannem
Nomine fœlici dices: non vlla tulerunt
Sæcula cui similem; ventura nec audiet ætas.
Hinc tibi nascentur cœlestia gaudia; multi
Exortum infantem gaudebunt: plausus vbiq;
Fiet, vbiq; tuæ laudes, & facta canentur.
Testis erit quondam diuinæ prolis, ab alto
Demissæ, atque hominis tenuem sumpsisse figuram
Virgineam intra aluum, & genti aduenisse salutem,
Non vinum, aut quicquā pateris spumantibus haustū
Ipse bibet quondam, sancto sed flamine plenus

Intra

Intra vterum, & tandem tenueis emissus in auras
In syluis teneros vbi confirmauerit annos,
Ore sacro multos Solymorum in finibus, atque
Syriacum intra orbem misero reuocabit ab Orco,
Imponetq; super fulgentia sydera cœli.
Atque etiam, vt Solymis cœlesti numine gliscens
Tesbius os vates patefactum soluit, & atra
Infectas sanie genteis damnabat, & alta
Crimina mox regum penitus remouenda canebat;
Vno, eodemq; modo sancto pietatis amore
Flagrabit iuuenis, damnabit & ocia vitæ;
Innumerosq; homines, vitijs post terga relictis,
Conuertet, rectamq; viam monstrabit, vt altas
Det pater Omnipotens sedes, & regna beata.
Attonitus nouitate senex cœlestia dicta
Haud fore confidens, tandem sic rettulit ore;
Facta hæc vnde sciam? vires mihi roboris adsunt
Omninò effœtæ, & senio, atque ætate labascit
Omninò coniux. Adimit mihi tarda senectus,
Vxoriq; meæ præoptatæ pignora prolis.
Verùm, si hæc fient, nec erit dubitabile dictum,
Quod profers, nobis aliquod da pignoris omen,
Gaudia nè violet sperantum incerta cupido.
Ille ait; exposcis modò pignora, pignora trado,
Sancte senex. Gabriel sum, qui in cœlestibus asto
Ante Deum, tenueisq; fero hæc mandata per auras
Tanta tibi. Omnipotens mandauit iussa per auras

Ferre

Ferre tibi, & certam prorsus promittere prolem.
Sed nè falsa putes modò me tibi dicta locutum,
Vtq; luas aliquas dubio pro pectore pœnas,
Os dabitur mutum, poteris nec farier vltra,
Euentura tibi donec non vana probentur,
Quæ dixi: & raptim in ventos prouectus eosdem
Aethereus iuuenis, cœlo se condidit alto.
Egreditur templo Zacharias plenus amore
Aethereo, nullosq; potest effingere in vsus
Vocis iter, motusq; expromere tentat; at illos
Lingua negat, clausamq; tenet sub pectore vocem.
Diuino agnoscunt afflatum numine turbæ,
Et vidisse aliquid credunt, quod pandere mundo
Fas, & iura vetent; totoq; erat agmine murmur.
Ille sibi iustas pœnas, & iusta fatetur
Tradita supplicia, & damnum solatur ademptæ
Vocis, quòd sperat venturi gaudia partus
Percipere, & tandem lingua reuocare salutem.
Vt, dum tristis hyems segetem consumit in aruis,
Frigus habet segnem turbam, atque horrescit arator,
Semina nè pereant, sperat tamen optima messis
Fundamenta suæ, & venturo fœnore pensat.
Haud secus Abiades magnæ præsagia prolis
Et fouet, & tacito pertentat pectore, seq;,
Vxoremq; suam sperat fore prole beatos.
Ast vbi perfunctus sacrata in veste Sacerdos
Officio, sancta Solymorum abscessit ab vrbe,

Adpropriosq; lareis rediit, quos casta tenebat
Ipsa senex coniux; animoq; fouebat anili:
Interea explebant lunaria tempora mensis
Quinq; suos, plenam sentit cum prouida coniux
Esse vterum; & cunctis abscondere pondera ventris
Et pudor, & senium suadebat; & ora rubore
Designat; tandemq; Deum sic ore precatur;
O Pater Omnipotens quamuis modo serior aetas
Sit mihi; nec prolem sperassem ex semine nostro
Venturam; sterilis namq; & sine honore manebam;
Ipse tamen nostra foetus grandescit in aluo;
Et foecunda senex, & iam quoque munere dicar
Facta tuo genitrix. Toto tibi pectore grateis
Persoluo; & memores tua dona tenebimus ambo.
Verùm vbi iam decimũ premeretur sydere signum,
Fortunata sacro tandem se pondere mater
Alleuat, & puerum partu depromit in auras.
Haud mora cõueniunt homines, gratantur, et vrbes
Montanae, atque omnes iustorum nota frequentant
Tecta senum, quos sanctus amor, quos grata voluntas,
Cognatiuè lares iungebant sanguine secum,
Et matrem, & puerum sancto cum patre salutant;
Magnaq; concipiunt tanto de semine; magnum
Hunc fore praedicunt ventura in saecula vatem.
Dum verò antè aras puerum de more Sacerdos
Susciperet, teneramq; cutim mucrone secaret,
Gaudebat patris, vel auorum imponere nomen;

Cum genitrix pia mora Deo sic arguit illud:
Dicite Ioannem; Ioannem dicite natum.
Mirantur trepidæ turbæ, miratur & ipse,
Qui sacra curabat, sublimi in sede sacerdos.
Non atauus, tritauusue suus, proauusue, paterue
Hoc, dixit, fuerant gauisi nomine quondam.
At pater ipse virum nutu, signisq; rogatus,
Proderet vt nomen, puerum quo dicere vellet.

Ille autem poterat quando non voce, petito
Descripsit calamo, dictumq; a matre notauit
Nomen, Ioannes, demissum ex æthere nomen.
Vox quoque (mirandum) rediit cum nomine tanto;
Clamauitq; senex, puerum de semine nostro
Aetherea nomen delapsum ex sede Ioannem
Dicite; & altisona clamauit voce Ioannem
Sepè senex. Stupuere omnes sic ore locutum,
Cui iam verborum fuit interdicta potestas.

At, dum diuino persoluit carmine laudes
Ipse senex, gratesq; Deo pro munere tali
Reddit, & optatæ sumit solatia prolis,
Tantorum iam fama operum prænuntia, latè
Peruolitans, Iudæ genti, populisq; propinquis
Aduenisse refert promissum vatibus olim
Infantem; & tandem Solymorum venit ad vrbem,
Herodemq; adiit, vanisq; timoribus aureis
Opplet, & ad puerum stimulat mucrone necandum,
Nè sit Rex Solymæ quondam fortasse futurus.

 His

Hic grauibus curis, cæcisq; tumultibus actus
Herodes, Iudæ admonteis, & ad ardua Chebron
Culmina præmittit famulos, rigidosq; ministros,
Ioanni vt diro iugulum mucrone resoluant,
Ante suis properet quàm verbis perdere gentem.
Diuino monitus iussu pater optimus altam
Progeniem in summis sancta cum matre cauernis
Occulit, & natum regis defendit ab ira.
Ille autem, vt puerum nulla ratione repertum
Audijt, Eumenidum furijs stimulatus, & ira
Stare loco nescit, lethiq; in imagine versat.
Vtq; ruat penitus, dirarum ab sede sororum
Arctous Satanæ stimulis, & verbere sæuo
Compulsus, rabie ardescens, & felle nigranti
Et magis, atque magis cæcas exsuscitat iras,
Et fremitu, atque metu, & curis grauioribus vrget
Insanum regem, vitæq; pericula narrat.
Verùm vbi nulla datur cæcum exsuperare potestas
Consilium, & Satanæ nutu crudelis eunt res
Extemplo cogi vinclis, & carcere cæco
Imperat ex alto Zachariam sanguine natum,
Et perimi ferro, & scelerata morte necari.
Est locus intra vrbem Solymorum nomine dictum
Vestibulum, antè fores templi, atque altaria, totum
Inter vtrunque tenet spatium de more relictum.
Ducitur huc senior Zacharias regis iniqui
Mandato, & circum tortor, rigidusq; satelles
Mille

Petr. Martyr cen. 3. in suis reg. Ecclesi. & sext. Synod c. 1. apud Theo. Balsam. Nicepho. lib. 1. c. 14 Cedren. in cō pos. hist. & Cardin. Baron. an. Eccl. t. 1. anno Christ. 1. c. 36

Matth. c. 23. & Card. Baro. anno. Ecclesi. Tom. 1 ann. Christi. 1. c. 26 27. 28.

Mille modis cruciant, & sæuo verbere torquent.
Absque vlla pietate senem, lacerantq; tenaci
Forcipe, & æratis conuellunt dentibus artus.
Mille vijs referant aditus ad lumina vitæ
Postrema, & tandem lacerato corpore cogunt
Ire animam insontem mundi inferioris ad oras.
Inimaduisse ferunt generosa sanguine iusti
Saxa sacri templi, vitiumq; tulisse perenne.
Murus adhuc vario conspersus sanguinis haustu
Cernitur, & sceleris patrati crimina monstrat.

At Solymi proceres tantarum exordia rerum
Haud tolerare queunt, regemq; immanibus ausis
Imbutum exhorrent, maioraq; semper in illos
Supplicia expectant, quos numina Sancta mouerent.
Sed magis exhorrent, quòd Idume aduenerit, atque
Sumpserit imperium Solymorum, & ceperit vrbem.
Nec perferre queunt, quòd iniquum condere censum
Instituat, populiq; velit ditescere damno.
Hoc premit, hoc vrget populum, hoc incendia miscet.
Tanta viris, animisq; iras, atque arma ministrat.
Extemplò ardescunt animi, atque ignobile vulgus
Sæuit atrox, referuntq; omnes crudelia facta;
Multaq; congeminant, diro quæ barbarus ense
Sustulit, et penitus per crimina cuncta Tyrannum
Ire omnes dicunt, populoq; parare ruinam.
Sunt procerum turbati animi, crescitq; fauore
Turbida seditio, & coniurant vndiq; ciues

Act. Apost. c. 5. Ioseph. Ant. lib. 18. c. 1. & de bell. lib. 2. c. 7. Euseb. hi. Eccl. lib 1. c 6 & Card. Baro. ~~Baro~~. Ann. Eccles. t. 1. anno Christi. 1. c. 50.

In regem; ignescunt iræ, sæuitq; iuuentus
Effera, & ingenti curarum fluctuat æstu.
Ut solet interdum sæuis Aquilone procellis
Turbari pelagus circum latrantibus vndis;
Paullatim exsurgit pontus, mox tollitur vnda
Crebrior, & densi veniunt ad litora fluctus.
Haud aliter Solymi magno turbante tumultu
Seditione ruunt, penitusq; ad bella parantur.
Antè omneis vnus Iudas Galilæus habetur
Promptior ad facinus, meliusq; paratus ad omne
Excidium, & cui nec vires, nec robora desunt.
Acer erat, promptusq; manu, validusq; iuuenta,
Atque animo intrepidus, solitusq; ad prælia vulgi
Ire ferox, Martemq; fero componere ferro:
Miscuit & rixas, & iurgia fœda per vrbem.
Hic iuuenum primos, & , qui fera bella mouerent,
Quiuè fidem[illegible], pacemq; suis peruerteret armis,
Circum habuit; modò diues erat, modò prorsus egenus
Ætatem duxit patriæq;, vrbiq; perosus.
Tantarum auctorem rerum, vastiq; tumultus
Aduersus regem concordi nomine Iudam
Constituunt, faciuntq; ducem, plausuq; secundo
Vnà omnes iurant sceleratum perdere regem.
Hic vbi turbatos animos erexit, & omni
Spe populum impleuit, rerumq; assumpsit habenas,
Hortatur grauibus dictis, & talibus infit;
Quò se tanta feret vitæ patientia nostræ

O cives? ſcelerum quo fine tenebitur iſte
Proditor, & Solymæ per crimina tanta Tyrannus?
Iam ſapite, ô Cives, qua ſitis origine nati,
Eſte modò hic memores: nomen defendite veſtrum:
Res agitur veſtra, & veſtrarum gloria rerum.
Iſte Deo, patriæq; ſuæ, Solymisq;, mihiq;
Infeſtus vivit. Vobis gratiſſimus ille
Vivet adhuc, taciti q; omnes ſua regna feretis?
Sumite concordes arma, atque extrudite regem
Infami genitore ſatum: procul ire iubete
A Solymis; animosq; negat ſi audire iubenteis;
Arripite, & plenis cruciatum corpora flagris
Abſque ulla pietate nigras detrudite ad umbras.
Priſtina libertas vobis ſit carior omni
Imperio; hanc veſtris ſtudiis, animisq; paternis
Quærite, & ingenteis pro illa tolerate labores.
Hoc decet; hoc vobis placeat, ſemperq; probetur.
Iſte etenim, perhibent quem regem, natus Idume
Dicitur, atque humili pariter de plebe creatus.
Mater Arabs fuerat, genitor captivus Idume
Antipater vixit, nullo decoratus honore:
Nec cenſum, vel opes habuit, nec nobile nomen.
Ille etiam Antipater genitore Herode creatus
Fertur, & æditvos referebat Apollinis olim
Eſſe patres, matris nunquam meminiſſe iuvabat.
Sacrilegos reor eſſe illos, tædisq; nefandis
Progenitos, fœdisq; ſtupris ab Apolline cretos;

Prin-

Principium infandum, generisq́; infamis origo.
Antipatrum coluit supremo Hircanus amore.
Dum foret excelsus sacrata in sede Sacerdos.
Debuit hic igitur peregrinum asciscere regem
Imperium ad tantum supremo iure tenendum?
Sic nobis, nostrisq́; viris, patribusq́; sinetis
Regnum adimi, & Solymis contraria iura nouari?
Quò iam sceptra ruunt? rerum quò summa potestas.
Quouè sacerdotum decus, & quò sancta tiara,
Et vitta, signumq́; ruit? quò fœderis Arca,
Et Sanctæ Mosis leges, & virga salutis,
Et plenæ Manna phiala? quo labitur omnis
Partus honos quondam patribus, Salomonis & ara,
Templaq́; per sanctos reuerenter culta prophetas?
Hæc vestros moueant animos; hæc cura salutis
Vestrarum rerum penitus vos mordeat, opto.
Sumite pro templo, & pro libertate vetusta
Arma modò, & Solymis sceleratum extrudite regẽ.
Nec satis est ratus, ingentem quòd possidet vrbem,
Quódq́; isto dat iura modo, & per crimina regnat,
Sed maiora etiam tentat, censuq́; nefando
Opprimere aggreditur nostros hostiliter agros,
Diuitias, & opes; rerumq́; extrema minatur.
Iusserat Omnipotens Solymi ne pendere censum
Auderent vnquam peregrinis regibus olim;
Vtq́; suum nomen sancto coleremus honore,
Non homines, quos sceptra iuuat desumere nostrùm.

Deu.c.23.Tertull.lib.de pudicit. Hieron. Ep.146.& Marian. Vict. in Scol.eius. Epi. & Card.Baro. An.Eccle.ti.1. ann.Chr sti. 1 c.30.

Deut.c.6 & 10.& Luc.c.4.

Peruertit leges peregrinis aduena terris
Demissus, quondam quas Moses monte sub alto
Accepit, nobisq; dedit sinè fine tenendas.
Scilicet hoc solùm restabat, vt vltima nobis
Excidia inferret, penitusq; euerteret vrbem.
Est nouus hic Pharao, ferroq; armatus, & ense
Goliath fremebundus adest, vt sternat Iudæ
Antiquam gentem, & capiat solatia, regnum
Dum ruit hoc nostrum, & totum perterreat orbem.
Et rediyt Nabuch, redierunt & sua regna.
Romulides etiam Tyberino è gurgite nostros
Irruit in muros, violentaq; commouet arma.
Imò etiam peiora parat, quòd sumpsit ab illis
Exemplum, & nulla in quenquam pietate mouetur.
Qua regnat lege, aut quo iure hæc sceptra gubernat?
Fasq;, nefasq; facit, sceleris prout tetra libido
Extimulat, variiq; mouent in crimina fastus;
Arbitrioq; suo cuncta in contraria versat.
Monstrũ horrendũ, ingẽs, scelerũq; inuẽtor, et auctor,
Ista hominum pestis per vos hæc regna gubernat.
Sumite materiam excidij; capite horrida, Ciues,
Arma manu, ferroq; infandũ extinguite monstrum
Ipse aditum, ingressumq; dabo; ipse ad regia tandem
Vos ducam imperia, & monstrabo limite tuto
Ire viam, & tantum à vobis remouere pudorem;
Me modò sollicitum vestro pro nomine cuncti
Cernite, & audaces mihi iam concedite dextras,

Exod.c.1.5.9. 12.14. 1.Reg.c.17.

4.Reg.cap.24. Dan. 1. 2. 3. Isai.c. 14. Ier. 27. Iudith. c. 12. Iosep ant. lib.14.c. 8. Euseb.hist. Eccl. lib.1.c. 6.

Et

Et mecum armati vestrum defendite nomen.
Talia fatus erat Iudas, cum turba repentè
Improuisa ruit, teliśq; armata recursat.
Antè alios Sadoch Solymis infestus, & ipsi
Herodi, mouet arma ferox, & feruidus omneis
Excitat, & studio Ciues accendit ad arma.
Quanquam autē Herodes Solymis inuisa tenebat
Imperia, & populum vanis erroribus audax
Opprimeret, fieretq; malis non exitus vllus,
Sunt tamen intra vrbem, qui pro illo sæua ministrant
Arma, manusq; auidas, & Iudæ obsistere possunt.
Curritur huc, illuc raptim sinè lege per vrbem;
Et proceres, vulgusq; fremunt, fremit horrida tellus
Sæuitia concussa graui: sternuntur vbiq;
Corpora, vbiq; neces, & vbique paratur iniquæ
Mortis iter, miseroq; omnes iam Marte fatiscunt.
Ignaui, fortesq; cadunt, generosaq; turba
Interit, & passim iacet intercepta per vrbem.
Non templis, arisq; pijs, non ædibus altis
Parcitur, & multis penetralia ditia donis
Diripiunt, chlamydesq; adimunt, vittasq; sacratas
Inde ferunt, violantq; suis altaria palmis.
Cuncta cruore fluunt, & passim sanguine manant
Templa, viæq; omnes, & celsa palatia regum.
Ipse autem Herodes sublimi abscondıtus arce
Iandudum segnem in certamina ducere Martem
Abnuit, & muro circundatus arma recusat.

Ioseph. Ant. lib. 18. c. 1.

At Iudas, qui tanta dedit primordia pugnæ,
Cæde cadit, socijque omnes, qui bella mouebant
Aduersus regem, pereunt per mutua ferri
Vulnera, obest illis cæcus sinè luce tumultus,
Acceptamque necem nequeunt hostilibus armis
Ulcisci, & ferro pereunt, quo vulnera præbent.
Inueniunt Iudam lethali vulnere fossum
Inter vtrumque humerum medio thoracis in osse
Antè fores templi vomitantem ex ore cruorem
Inter mille viros resupino corpore stratum.
Sanus adhuc rabiem spirat, cædisque furorem,
Bellorumque minas, & atroces vultibus iras,
Hunc nati, comites scelerata ad bella secuti
Insanum patrem, mira feritate Iacobus,
Atque Simon, tacitæ per amica silentia noctis
Abripiunt, secumque ferunt, vrbemque relinquunt,
Et patrios iuxta muros in montibus altis
Occultis terræ latebris sinè funere condunt,
Vt regis fugiant iras informia tandem
Mēbra patris, tumuloque patrum sub mole quiescant.
Dum verò patri, poterant quæ, extrema ferebant
Munera, finitimo ex luco vox reddita fertur;
Vos etiam iuuenes paucis labentibus annis
Hæredes patriæ fraudis ducetis ad arma
Syriacam plebem, cæcoque furore rapinæ:
Seditione pium in regem per vestra ruetis
Crimina; sed diris reprimet cruciatibus arma.

Ioseph. Ant. lib. 20. c. 3.

Claudius, & magno vobis patris ocia stabunt.
Ut primùm cessit furor, & rabida arma quierunt,
Irarumq; minae, & vesano excita tumultu
Turba animos posuit; saeuos imponere fraenos,
Atque acreis retinere animos rex ipse superbus
Nititur; & curas belli remouere futuras.
Nam memor antè alium, veteres dixere Theodam,
Seditionis opes totam sparsisse per vrbem,
Vixq; fadū oppressisse virum, dum numine plenum
Se efferret vatem populumq; vocaret ad amnem.
His etiam monitus curis, quas nuper Iudas
Attulit, haud vlterà talem impendere timorem
Ferre potest, dubitatq; simul, ne ad bella lacessat
Quisquā alius, moueatq; tumultibus arma per vrbē;
Conuocat extemplò Solymos, sanctumq; senatum,
Syriacasq; vrbeis omneis, adigitq; fateri,
Et iurare fidem, & defendere regis honores.
Illi autem fessi tantis erroribus, vltrò
Herodi; & natis, serisq; nepotibus vrbem
Et Solymam, & populū, & qui circum iura tuentur,
Se seruaturos, & sub ditione futuros
Promittunt, iurantq; omnes in verba Tyranni.
Nititur ille tamen Pharisaeum perdere nomen,
Quòd regem Herodem renuit de more creatum
Dicere; & impositum persoluere iure tributum;
Occiditq; omneis, &, qui sua deuouet arma,
Perdit atrox, agitatq; insano pectore, & armis,

Ioseph. Ant. lib. 20. c. 2. & Card. Baron. Ann. Eccl. t. 1. ann. Christi. 1. c. 29.

Dio hist. rom. lib. 55. Philo. lib. 2. de temp. Ioseph. Ant. lib. 17. c. 3. & Card. Baron. Ann. Eccl. t. 1. ann. Christ. 2.

Ioseph. Ant. lib. 17. c. 3.

Interea Herodes, postquam crudele peregit
Imperium, lethóq; dedit puerilia membra,
Obstrinxitq; fidem populi, multosq; peremit,
Tutus ab insidijs, regniq; interritus hæres
Esse videbatur. Christum iacuisse putauit
Cum pueris, lucisq; suæ postrema tulisse:
Credit id ex animo, & peragit conuiuia lætus.
At Pater Omnipotens puerorum cæde nefanda
Motus, & assiduis matrum conquestibus actus,
Haud vltra Herodem tanta impietate Tyrannum
Ferre potest; raptimq; oculos ad mœnia torsit
Regia, & aspexit superùm contemnere iura
Herodem, oblitumq;, Deum mortalia facta
Respicere, & pœna mox compensare futura
Admissum facinus, sceleratáq; crimina regum.
Et videt haud vnquam regi sanabile pectus
Affore, nec tantum deponere posse furorem;
Sed magis, atque magis ruere in contraria, & ipsum
Feruere cognoscit sæuaq; libidine, & ira
Inq; Deum, proceresq; suos, sanctosq; prophetas.
Custodem extempló vesani Principis alta
Voce vocat, dederat regem quem posse tueri
Sydereo è numero, iussitq; immittere vitam
Insano arbitrio, cunctisq; exponere curis:
Nec retrahat post hæc tenebroso ex ore barathri,
Seu cœlo admoneat, veluti consueuerat antè;
Nec mala conuertat procul, aut tueatur iniquum

Absque

Absque timore virum, vtatur quin sensibus imis;
Arbitrioq; suo viuat; iamq; expleat ira
Infandos animos; faciat, quodcumque lubebit
Impietatis opus, & turpia facta sequatur.
Hæc ait Omnipotens, iusta tunc percitus ira
Propter Idumæi turpissima facta tyranni;
Cui parat exitium infandum, scelerisq; tremendum
Supplicium, penitusq; graueis sine sanguine pœnas.
At rex Herodes, postquàm est sibi facta potestas
Cunctorum scelerum, fertur iam pectore toto
In præceps, penitusq; ruit per crimina vitæ.
Nam Satanas centum famulos, centumq; ministros
Esse sub Arctoo iussit, regemq; lacessant
In facinus, crucientq; pari noctuq;, dieq;
Supplicio, edixit, sceleratаq; membra fatigent.
Est locus à Casia non multùm rupe remotus
Trans Pelusiacum fluuium, transq; ostia Nili
Extrema: hic tumulum quondam posuisse vetustas
Romulidæ fertur, delubraq; ditia donis
Erexisse Ioui, & Casium dixisse Tonantem;
Nobilis, & ramis palmarum diues Idume.
Hos Arabes populi, & Iudæi fine coercent.
Huc quondam populum Nabathæa sede relicta
Seditione domo profugum venisse fatentur;
Atque ædeis, camposq; omneis, nomenq;, locumq;
Haud renuente aliquo proprijs statuisse colonis.

Strabo Geog. lib. 16.

Hinc

Ioseph. Ant. lib. 14. cap. 8. Euse. hist. Eccles. lib. 5. c. 6. & Strab. geog. lib. 16.

Hinc satus Herodes Solymorum regna petiuit
Aduena, Romano sic decernente senatu,
Augustoq; simul, postquàm Pompeius ademit
Res sacras Solymis, & polluit impius aras.
Natus Idumæis genitoribus impius ergò
Herodes, Solymisq; datus nouus accola regni,
Horret adhuc. Sed post infantum barbara facta

Ioseph. Ant. lib. 17. c. 8. Euseb. hist. Eccl. lib. 1. c. 8.

Suspicione ruens, generoso sanguine natam
Enecat vxorem, & geminos, quos illa creauit,
Infanteis secum violenta morte peremit.
Et consanguineos proceres, quos mouit Idume
Regis amor nimius, Solymamq; aduexit ad vrbem,
Cæde necat, passimq; necat matresq; virosq;,
Et natos, natasq; simul, paruosq; nepotes.
Nec sibi, nec ferro parcit, dum strata per vrbem
Agmina perspiciat, viduataq; Curia restet.
Quid sibi deinde paret, quò opera ad maiora feratur
Nescius assiduè dubitat, segnemq; recusat
Ferre moram, properatq; nouas intendere cædeis;
Quòq; magis patrat, tantò est audentior illo.
Vritur infælix, curasq; ingurgitat omneis;

Ioseph. Ant. lib. 17. c. 8. de bell. lib. 1. c. 21 Euseb. hist. Eccles. lib. 1. c. 8. & Card. Baro. Ann. Eccl. t. 1 ann. Christi, 8. c. 2.

Corripiturq; graui morbo, nimioq; calore
Æstuat, & totum corrodit corpus aquæ vis.
Artubus augetur, sanoq; tumore labascit;
Et concreta lues genitalia membra pererrat.
Concipit & putreis animas. Præcordia magnus

Excru-

Excruciat dolor, & tenueis depascitur artus;
Aera nec mandat, nec percipit ore profundo.
Exoptat vitam producere, spemq́; salutis
Sæpè animo capit, & morbos expellere retur.
Transit Iordanem, & laticem, qui proximus vrget
Callyrhoen, potat nimia dulcedine plenum.
Nam quibus herbarum subiecta potentia, quiq́;
Pæonium in morem intorto cinguntur amictu;
Quiq́; solent hominum vitam proferre per arteis,
Perq́; vrbeis patrias quærunt sine nomine famam,
Hoc suadent; suadent oleo perstringere corpus
Palladij fœtus. Sed quantum noctis obumbrat
Humanos oculos? Oculi cœpere moueri,
Deficere atque etiam, regemq́; in nocte natantem
Mox ferè destituũt, morituraq́; membra relinquunt;
Perpetuis etiam somnis correpta videntur.
Seruorum tandem strepitu, nimioq́; tumultu
Somnus abit, redditq́; virum vigilantibus horis.
Posse tamen vitæ desperat ducere cursum
Vlteriùs, iam iamq́; sibi postrema parari
Haud dubijs oculis cernit. Tandemq́; profectus
Inde, petit veteris Iericheuntis mœnia; moxq́;
Ex Iericheunte redit Solymam malè sanus, vt antè;
Senior, vt morbus radices altiùs egit.
 Tanta autem insedit menti impatientia vitæ,
Vt maiora paret scelerum monumenta suorum,

Ioseph. Ant. lib. 15. c. 10. & lib. 17. c. 9. 10. 13. 14. & de bell. I. 1. c. 21. & lib. 2. c. 2.

Augeat

Ioseph. Ant. lib. 15. c. 10. & l. 17. c. 9. 10. 13 34. & de bell. l. 1. c. 21. & l. 2. c. 2.

Augeat & sæuos nimia impietate dolores?
Est locus in Solymis circundatus vndiq; muro
Perpetuo; hunc quondam ad spectacula muniit omni
Ingenio Herodes: nullo superabilis æuo
Extitit, & toti terrorem incusserat vrbi,
Hic rex Augusto quinquennia munera fecit
Sede sedens regum, atque etiam certamine sacros
Instituit ludos, opibusq; peregerat amplis.
Hic iuuenum quicumque manu, pedibusuè, rotauè
Vicerat, optatæ capiebat præmia palmæ.
Sic animos pretijs opera ad præclara mouebat
Herodes, numerusq; omnis donatus abibat.
Hunc Solymi veteres Hippodromon ore vocarunt,
Puluereum quòd atrox Hippodromon vngula pulsat.
Conuocat huc proceres tota ditione Tyrannus
Iudææ gentis, pœnasq; minaciter addit,
Ni veniant, iussisq; suis parere recusent.
Tunc Circo ingenti proceres concludit, & antrum
Nobilibusq; viris, iuuenumq; frequente caterua
Explet, & audaci munit custode penateis.
Post hæc alloquitur Salomen, cum coniuge sæuo,
Atque ait; O soror; O regi germana potenti;
O mihi, Alexander, fraterno nomine digne;
Ipse scio Solymos (quis enim nunc fallere possit
Magnanimum Herodem?) regem exoptare perire;
Nec procul esse reor, supremaq; tempora restant.

Tunc

Tunc læti peragent ludos, festosq; triumphos
Iudæi proceres, nec nostra morte dolebunt.
Uerùm, vt nos doleant Solymi, funusq; paretur,
Cùm primùm extremas auras è pectore nostro
Intentis oculis cernetis abisse, repentè
Circum omneis Circi consessus milite forti
Cingite, & inclusos summo pietatis amore
Sternite; nam est pietas pro rege necare superbos.
Tunc ego cum lachrymis ferar, & sine fine dolebunt
Matres atque viri, pueri, Solymæq; puellæ
Amissum regem, præclaraq; funera reddent.
Angitur inde fame, & lacero diuellere morsu
Se incipit infœlix, minuitq; ferocia membra.
Ardua deinde capit miserum per crimina regem
Tussis anhela, graui vt curarum pondere, fatum
Ante suos obitus tentarit habere precando;
Seq;, suosq; odit, carpitq;, & carpitur vnà.
Interdum gladio, se ipsum fossurus, obarmat
Magnanimã dextram, atq; ictu sua pectora circum
Fert ferrum, crebroq; ferit sine vulnere pectus.
Interdum famulo iugulum præbere parabat,
Ut ferro hauriret, sed erat male firma voluntas.
Sæpe etiam laqueo tantos finire dolores
Cogitat infœlix, variisq; tumultibus vrget
Extremam vitam infœlici fine domandam.
His tamen oppressus morbis, curisq; grauatus

Dicitur

Dicitur ante aras media inter numina Diuum
Multa Ioui (haud etenim falsorum numina Diuum
Liquerat infœlix) manibus dixisse supinis;
Iupiter Omnipotens, cuius venerabar ad aras
Numen, & expleui sanctis altaria donis,
Aspice, vt excrucior, quantisq; doloribus angor.
Nonnè vides Solymos lethum expectare, meiq;
Excidium regni? siuè hæc fortassè recusas
Aspicere, vt mersis damno irreparabile rebus
Non adsis, nec opem mihi nunc tua dextera portet.
Siue hæc ignoras, nec erunt tua numina cuiquam
Numina, ni mittas elisis nubibus ignes,
Fulmina, seu iacias, quorum iactatibus omnis
Excutitur tellus, tremefactaq; tota dehiscit;
Mittere si poteris, monteisq; mouere trisulco
Igne, nec obsistat quisquam de gente Deorum,
Qui maiora queat, faciatq; timere Tonantem.
Cur Deus ignoras? quare mentita colemus
Numina? si ignoras, non es Deus. Omnia cernit,
Qui verè est Deus, & nullis ambagibus errat.
Si tamen ista vides, cur non fers numine tanto
Auxilium regi, vt morbis mea membra leuentur?
Namq; Dei hoc propriũ; propriũ Iouis ampla tueri
Imperia, & reges sancta defendere dextra,
Nè pereant regna. Ista ergò non cernis, & ipse
Haud Deus esse potes, nec eris mihi Iupiter ille,
Antea qui fueras; nec me tua numina fallent

Am-

Amplius; eq; meo templo discede; nec vltra
Decipies genteis tantorum ductore malorum
Herode. Inueniam, qui me modo subleuet istis
Morborum curis, & me mihi reddere quibit.
Vix hæc fatus erat, tremuit cū summus ad imum
Iupiter, & maior motu est sua visa repentè
Maiestas fieri. Templa volitare videntur
Innumeræ volucres nigrantibus vndiq; pennis;
Et strident, circumq; volant, regemq; videntur
Abripere interdum, stygioq; inferre barathro.
Stant Diræ ante aras, sæuo cognomine Diræ,
Serpentum spiris, ventosisq; vndiq; pennis,
Et centum accinctæ laqueis, centumq; catenis,
Inspiciunt regem, & iam iam torquere parabant.
His grauibus visis, veluti Tarpeia rupes,
Restitit Herodes; & post hæc pectore toto
Cum gemitu excutitur, nec non immobilis extat;
Arrectæq; horrore comæ, & præcordia sanguis
In sua se referens frigentia membra reliquit.
Vix animæ quicquam retinens, ad tecta refertur
Regia, & accensus famæ melioris amore,
Exiguum infantem, quem nuper misit in auras
Ante obitum coniux, audaci verberat ense
Intrepidus, teneramq; animam discedere cogit.
Parua mora est, miseros nimiùm cum cōficit artus
Exauctus dolor, & sæuissima corpora adurit.
Tum grauibus scelerum stimulis, regniq; dolore

Euictus,

Euictus, tenueis auras, animamq; prophanam
Aegre abscedentem, & questus, variasq; querelas
Edentem, totumq; simul per corpus euntem,
Exhalauit iners: illa indignata per auras
Concessit mœsta admaneis, corpusq; reliquit.

Libri secundi Finis.

SOTERIDOS
Libri Tertij

ARGVMENTVM.

COELESTI admonitu Ioseph cum Virgine Sancta
Nazareas Sotera refert festinus ad ædes.
Interea hospitium sacratæ Virginis intra
Hermopolim assiduo cultu veneratur, & aris.
Vulgat & Augustus Iudæa per oppida leges
Coniugij. At Soter media testudine templi
Ingenita Sophia monstrat venisse salutem;
Augustusq; senex postremo fine quiescit.

SEBASTIANI MACCII DVRANTINI SOTERIDOS

Liber Tertius.

POSTQVAM rex Solymæ est inferna sede receptus,
Ut luat æternas pœnas, dignoq; merentem
Supplicio afficiat supremi numinis ira;
Matth. c. 2. *Protinus eccè humeris Gabriel discriminat alas,*
Et capiti tegmen, tenueisq; incingit amictus:
Tum capit & virgam, quæ tristia nubila pellit,
Quaq; viris pacem, sæuosq; inferre tumultus
Occulta virtute potest. Hinc reppulit astra
Postremis plantis, & post sua terga reliquit.
Inde per immensum, tenebris facientibus umbram,
Absque mora properat, celeriq; ter aera motu
Lustrat ad Auroram, atque alis hinc circinat auras

Ter

Ter super Ægyptū, & postquàm sua gaudia termit,
Lætior inuentos ter circuit orbe penateis,
Elatus studio, & fœlicibus excitus alis.
Regia qualis auis cœlo sublimis aperto
Gaudet; dum intereà paribus se sustinet alis;
Despectat terras, & easdem circinat omneis:
Tum si fortè videt liuentia terga Draconem
Præbentem Phœbo, pro fusū timore solutum
Æquoribus medijs, mox fertur ab æthere summo
Ad terras propiùs, oculisq́; animoq́; petitam
Inuadit prædam, & concursu sibilat æther,
Atque alis pedibusq́; vncis, rostroq́; retorto
Vndiq́ luctantem multa vi detinet hostem.
Nuncius haud aliter petijt pernicibus alis
Optatosq́; lareis, hominiq́;, Deoq́; penateis
Acceptos, sanctoq́ virorum Virgine cultos
Intrat in hos Gabriel, conclusis vndiq́; portis,
Dum somno incumbunt homines, dum nulla volucris
Aera permulcet cantu, nec corpora ducit
Cæruleus serpens per humum, & silet humidus aer.
Et stetit antè torum, & puerum taciturnus adorat
Flamine cœlesti genitum, gentisq́ salutem
Humanæ, & curis post hæc, somnoq́; grauatum
Aggreditur dictis Ioseph, ac talia mandat;
Surge, age, pelle moras, puerū cum Virgine Sancta
Accipe, teq́ refer Solymorum in regna tuorum.
Nam, qui quærebant scelerato extinguere ferro

Cælesti genitore satum; periere; nec ullus
Est timor ex illis. Nec regnum infestat, & urbem
Ampliùs Herodes; morbis namq; actus iniquis
Abscessit vita, tenebrosa in Tartara missus.
Summa est, ut redeas sic præcipit ætheris alti,
Et cæli, mundiq; Pater, genitorq; supremus,
Cui mare, cui tellus, cui lucida sydera parent.
Hæc ait, & nocti raptim se immiscuit atræ
Nuncius, & cælo volucer se rettulit alto.
Tum Ioseph somno excitus, Iessæaq; Virgo
Consurgunt, lætiq; parant abscedere terris
Niliacis, Solymasq; urbeis, patriosq; penateis
(Haud ingratus amor) cælestis adire parentis
Mandato, & monitis properent parere Tonantis,
Ut fiant, quæ olim sancti cecinere prophetæ
Diuinis numeris, tantarum oracula rerum.
Nam Deus humanum non aspernatus honorem,
Talia, quæ nullis fuerant præcognita, nec post
Intellecta satis, mortali voce profudit.
Ipse ego Niliaca natum è regione vocaui
Vocem meum: tantumq; effatus amica repressit
Ora Deo, postquàm conclusit dicta tenebris.

Ose. cap. ij. & Matth. c. 2.

Postera ab Eoo surgens Aurora cubili
Sydera depulerat noctis, lumenq; coruscum
Rettulit, & miseris mortalibus otia dempsit,
Cum subitò Ioseph, precibus tamen antè solutis,
Assumpto puero, & MARIAM curæq; viæq;

Et

Et comitem, & sociam ducens, dimittit amanos
Aegypti fines; & Iudæ possidet arua.
Sedulus hic quærit, regni qui flectat habenas,
Herode extincto, Solymorum; quiq; gubernet
Imperium Iudæ, & populo sua iura ministret.
Repperit Herodis solium, sceptrumq; superbum,
Immanem regni hæredem, Archelaon habere,
Sic etenim testatus erat, sic deinde reliquit
Herodes, voluitq; suo pro iure teneri;
Scilicet, vt solus sceptrum, regnumq; teneret
Archelaus atrox, patriq; simillimus ipsi,
Cui scelus, & fraudes, & crimina cuncta placerent.
Audijt hæc Ioseph, totoq; expalluit ore
Commissum ob pignus, vesanaq; pectora regis.
Sed tamen in somnis redijt cœlestis ab alto
Nuncius, & tantas mandat seponere curas;
Vtq; ferum euitet regem, Galilaia tecta
Incolat, edicit, Solymosq; relinquat, & vrbem.
Cum primùm Eois vidit splendescere solem
Litoribus, stellasq; omneis discedere cœlo.
Heros Iessæus, puerum cum Virgine ducens,
Iudæam fugit, suspectaq; regna relinquens
Terga dedit Solymis, Galilæaq; tecta petiuit.
Interea hospitium sacratæ Virginis intra
Hermopolim, tenui suffultum marmore tectum,
Vertitur in templum, & redolent altaria cultu
Assiduo, & totis fama memoratur in oris.

Ioseph. de bel. lib. 2. c. 89. & Ant. lib. 17. c. cap. 15. Euseb. hist. Eccl. lib. 1. c. 9. Matth. c. 2. & Cardi. Baron. Ann. Ecc. t. 1. ann. Christi. 8. c. 9. & seq.

Borcard. in de script. Terræ Sanctæ par. 2. c. 4. & Card. Baron. Ann. Eccl. t. 1 ann. Christi. 1. c. 21

Perpetuus viget hic ignis, viget aurea lampas
Ante aras templi, radijs redimita coruscis.
Assiduus etiam sacris venerabile templum,
Thuricremisq; focis calet: & delubra tabellis
Circuntecta pijs, suspensaq; vota, facesq;
Argumenta ferunt quondam Sotera potentem
Virgine cum sancta vetereis coluisse penateis.
Est etiam iuxta has ædeis iunctissimus hortus
Antiquis cultus patribus, dominoq; penatum
Haud ingratus ager, quòd balsama plurima cōdat.
Fons est in medio nitidis argenteus vndis,
Unde fluit riuus paruo cum murmure, & omnem
Perpetuis manans vndis celer irrigat hortum.
Sæpius his genitrix diuinæ prolis in vndis
Exiguas pueri purgabat sedula vesteis:
Sæpè etiam puerum vitreis ponebat in vndis,
Et lauit sanctum corpus, preciosaq; membra.
Est lapis in gelidæ supremo margine ripæ,
In quo Soteris fluidos siccabat amictus
Sancta Dei genitrix, tenera & cum prole sedebat.
Huc omnes circum populi, & Pelusia tellus
Conuenit trepido passu, & fœlicibus astris.
Huc Indi, huc Arabes veniunt: huc thura Sabæi,
Et Citibæna ferunt, totoq; Oriente relicto
Innumeræ gentes templum Soteris adorant.
Qui Erydanū, Tybrimq; bibunt, qui rura Metauri
Sanguine adhuc fluido sæui manantia Pœni,

Hespe-

Hesperiamq; colunt, & Ibero litore viuunt,
Inuisunt Domini prima incunabula nostri.
Et proni vultus fluuio, saxoq; vetusto
Procumbunt, sanctisq; locis taciti oscula iungunt,
Et maria, & terras peragrant, tolerantq; labores
Immensos, ardens quos tollit ad æthera virtus,
Ut sanctas visant ædeis, vbi Dauida Virgo
Coniuge cum sancto sobolem tenuere supernam,
Et Solymi regis vanos fecere tumultus.
Namq; lari, & fluuio, & saxo sanctissima proles
Æternam tribuit virtutem; vt pelleret atras
Morborum, scelerumq; vias, & membra nouarent
Appositis intus spatijs, primumq; vigorem
Viribus effœtis iandudum reddere possent.
At Ioseph sancta properat cum Virgine prolem
Cœlestem è Solymis Galilæa ad tecta referre.
Ad vada perueniunt primùm, quibus alma vetustas
Iordanum dixit nomen; mox fluminis vndas
Transmittunt, finesq; adeunt Ierichuntis, & vrbem.
Planitie in lata, cingentibus vndiq; summis
Collibus est Ierichus, tanquam fundata theatro.
Hanc quondam Iosue deleuit funditùs vrbem,
Dum clausit portas Princeps, qui regna tenebat.
Terq;, quaterq; vrbem suscepta fœderis Arca
Sancta sacerdotes tum circumiere canentes.
Concidit hinc vrbis murus, mirabile dictu.
Mille aditus fiunt; Solymorum deinde phalanges

Strab Geog. lib. 16.

Iosc.c.2.& 6.

Succendunt urbem; ferro sternuntur, & igni
Mœnia cum domibus: terræ malediciturípsi.
3. Reg. c. 16. Ast Hiel quondam Bethel, voluentibus annis,
Mœnia cum portis penitus renouauit; & vrbem.
Huic cœlum natura dedit, camposq; feraceis,
Omnibus vt terris sint præponenda, nec vllis
Concedant glebis, tot fructus suscipit vsus.
Hic palmeta virent, bené culta prioribus annis
Et modó culta magis: nec tantum præbet Idume
Palmarum ducibus, quantum Ierichuntis amœnæ
Ora dat egregijs rerum domitoribus, atque
Mittit ab Eoo ad Tartessia litora, quantum
Et ducibus, sacrisq; viris, sanctisq; poetis.
Irriguus locus est, surgentibus vndiq; Lymphis;
Sunt variæ hic ædes, sed regia Principis extat
Clara micante auro, & sublimibus alta columnis.
Hic adeunt homines fruticem, scinduntq; bipenni
Arboreum librum, & succus de vulnere prodit
Corticis arborei, quem cultor colligit vrnis
Appositis subter, niueum, lactiq; tenaci
Persimilem, & conchis susceptus cogitur humor.
Hoc oculis illi visum, capitiq; remittunt.
Virtutem amissam; atque doloribus ocia prebent.
Corpora quin etiam præpinguibus vngere succis
Consueuere homines, quæ vita functa iacerent;
Conseruantq; diu; quæ conseruanda negabat
Decretis natura suis, & dentibus æui.

Surri-

Surripiunt, mittuntq; viris cernenda futuris.

Collibus extremis Ierichuntis nascitur herba,
Nomine Baaras, quæ primùm vallibus imis
Prodita Baara, radici nomina fecit.
Flammea lumen habet, fulgore notabilis ipso;
Et lucet, sensuq; velut dotata recedit
In gelidas glebas, adapertaq; viscera terræ;
Cum quisquam accedit, vicinaq; iugera calcat.
Sed cum perfundas liquido loca visa cruore
Fœmineo ex vtero, lympha seu virginis, illa
Protinus apparet, terris emissa sub auras,
Seq; oculis offert, refugit nec falce reuelli.
Sed tamen agricolæ, vitium ne viscera sumant
Contactu, (est etenim contactus pestifer herbæ;)
Radicem circum remouent terramq;, solumq;,
Ut postrema pedũ n cernantur; deinde Molossum
Appositis vinclis nectũnt radicibus imis.
Hinc ille admisso sequitur vestigia passu
Aufugientis heri, & cursu radicitus haurit
Difficilem plantam, & contactu deperit ipso.
Naturam hic mutat primam, mutatq; venenum;
Nec nocet humanis contactu tabida membris
Amplius; & totum euanescit in aera virus.
Innumeros herbæ tribuit virtutis honores
Vera Dei soboles, fugeret dum Syria regna.
Nam qui Tartareis vinclis, stygioq; furore,
Et Satanæ stimulis, Herebiq; immanibus hydris
Vin-

Ioseph. Ant. lib. 7. c. 25.

Vinctus erit, sæuoq; ruit miserabilis æstro;
Si radicis opem teneat, tum protinus illum
Immanes Herebi furiæ, rabidiq; furores
Destituunt, dirumq; petunt sub Tartara regnum.
Hinc vacuæ implentur latè stridoribus auræ
Dirarum frustra clamantum, ac sæua trementum
Verbera, perq; cauas conantum euadere nubeis.
Hos Ioseph iuxta collem Iericuntis, & vrbem
Radit iter pedibus, nec sustinet antè laborem
Ponere susceptum, quàm proxima conspicit arua,
Optatosq; agros, Galilææq; regna subintrat.
Sunt geminæ partes orbis, quibus alma vetustas
Nomen idem posuit, Galilææq; regna vocauit.
Sed natura tamen varijs regionibus illas
Adiunxit, vastisq; locis, cæloq; diremit.
Altera nã gelidas magis horrida fertur ad Arctos
Barbaraq; immani permittit more ferarum
Exercere homines vitam, & fœdissima iura.
Viuitur ex rapto, atque hospes mactatur ad aras.
Quin etiam sæuis ineunt certamina pugnis,
Et sudibus, saxisq; simul, simul impete vasto;
Et cui præoptatam tulerit victoria laudem,
Is superata manu multo fluitantia tabo
Membra viri mandit, & sanguine vescitur atro.
Altera Idumæos inter, Solymosq; tenetur
Regnorum fines. Et quanquam Herode sub ipso
Extiterit, mores gaudet seruare pudicos,

Greg. Na. in Iuli. orat. 1. Cyrill. Alexan. in Iul. 2. Ioseph. de bell. lib. 3. c. 2 Hieron. de locis Geb. & Card. Baron. Ann. Ecclesi. 1. ann. Christi 9. c. 2.

Cuiq;

Cuius fidem, & vitam vera pro laude paciſci.
Vrbs antiqua manet clara regione; vocatur
Nazarea, & totum modò decantata per orbem.
Hic namque exiſtunt clari, ſanctique penates
Ieſſææ matris, demiſſi flaminis alto
Perpetui teſtes: hic ſancta oracula vatum
Sunt ſortita fidem: hic iras, tumidosque furores
Omnipotens Genitor ſedata mente repreſſit;
Factus homo hic Deus eſt, vt fiat homo Deus ipſe,
Et cæli reparet ſedes, Satanæque ruinam.
Huc iter intendit Ioſeph, huc ſancta Virago
Læta viam properat, puerumque referre penateis
In proprios gaudent, patriaque attingere metas.
Iamque iter emenſi, portas intrare parabant
Vrbis Nazareæ, primis venientibus vmbris;
Continuò ſalue tandem mihi reddita tellus,
Ille ait, inſidi olim, ſed meliore fideles
Sorte lares, ſaluete omnes. Hæc patria nobis,
Hæc domus, hæ ſedes, hæc nobis hoſpita tecta.
Hæc dixit, raptimque vrbem & ſua tecta ſubintrant.
Hic, dum bis quinos, ſæclis voluentibus, annos Luc. cap. 2.
Expleret Soter, annisque accederet vſus,
Syriaci reges Auguſti nomine paſſim
Vulgabant leges tadarum; totaque primùm
Iudæa excepit, mox illas quæque capeſſit
Imperij regio, atque omnes cum ciuibus vrbes.
Cæſar enim Auguſtus, rerum quem maxima Roma

Extra

Extra anni, solisq; vias extendere fines
Imperij dedit, & , quà Sol vtrumq; recurrens
Aspicit Oceanum, posuit sine limite metas,
Romuleum populum Capitolia ad alta coegit
In numerum, & tali tandem est sermone profatus:
Romulidæ inuicti genus alto à sanguine Diuum,
Res dura, & regni grauitas me talia cogunt
Ordiri, & latè tantos intexere motus:
Ipse ego nunc equitum numeraui ex ordine classeis
Quemq; etiam vidi, & quo vitam more teneret
Edidici, solusnè foret, vel coniugis vsum
Quisq; suæ exciperet, serisq; nepotibus ortum
Conderet, atque vrbem fœcunda prole repleret.
Inueni ingentem numerum, qui coniugis vsum
Ignorat prorsus, vult & sine coniuge vitam
Ducere, nec tanta curat se astringere lege.
Sed qui coniugij leges, & iura secundæ
Fœcundæ prolis, faciatq; fidelibus vrbem
Auspicijs vitam producere semper in annos,
Sunt pauci, atq; equitum iunctorum est rara iuuentus.
Ipse ego demiror, paucisq; ruentibus annis
Auguror hanc vrbem postremo fine tenendam.
Quid facitis Ciues? quis vitæ cœlibis ardor
Vos stimulat, suadetq; sacras contemnere tædas?
Non vrbes, non tecta forent, non scepetra, nec artes
Perpetuæ, & mundi moles operosa labaret,
Et ruerent penitus cunctarum exordia rerum,

Dio lib. 56 & Cardi. Baron. Ann. Ecclesi. 1. ann. Christi ij. c. 2.

Si

Si tædæ, thalamiq; vsus, si coniugis ardor
Desineret fieri, & connubia sancta silerent.
Ipse Deus quondam, mundi melioris origo,
Vnà homines iunxit, formaq; in corporis vna
Fecit vtrunq; hominem, mente, geminumq; vigorem
Naturæ imposuit, viresq; adiunxit, & arctem,
Sed nè monstra piæ paterentur talia gentes.
Dissecuit Phæbus, gladioq; resoluit acuto
Hanc molem, penitusq; virum disiunxit ab artu
Fœmineo, & geminos abscisso corpore fecit.
Vna tamen vehemens redeundi in prima cupido
Principia, & penitus iungendi membra remansit.
Hinc hominum variæ gentes; hinc oppida, & vrbes
Turba colit, villæq; suis cultoribus adsunt.
Hinc quoque Cecropijs fertur rex primus Athenis
Inposuisse modum, & tædas statuisse virorum.
Ipse etiam nostram posuit qui his collibus vrbem
Romulus, vt longo signauit mœnia sulco,
Instituit sanctos thalamos, quibus vrbis honores
Perpetui fierent, ritumq;, vsumq; parauit.
Verùm vbi finitimæ gentes in fœdera tædæ
Ire recusarunt, nec a[illegible]arunt iungere dextras,
Maximus Iliades Circensia munera soluit
Neptuno ratione noua, rapuitq; Sabinas.
Et quanquã hinc potuit subitum consurgere bellum
Æneadis, Tatioq; seni, Curibusq; seueris,
Ii tamen inter se posito certamine reges

Plato in Sympo. orat. 4. in Arist. laudat.

Iust. de bell. exter. lib. 2. & Polyd. Virg. de inuent. rer. lib. 1. c. 4.

Liuius ab v. C. lib. 1. Dionys. Ant. Ro. lib. 2. L. Flor. lib. 1. c. 1. Plut. in Romulo. Virg. æn. lib. 8. Ouid. fast. lib. 3. Plin. nat. hist. lib. 16. c. 9. & D. Aug. de Ciuit. Dei lib. 2. c. 17 & lib. 3. c. 13.

Arma

Armati Iouis antè aras tenuere patentem
Crateram, & cæsa iunxerunt fœdera porca.
Hinc reges nobis nati; hinc domitoribus orbis
Urbs oppleta fuit; finesq; hinc tendere nostros
Externi videre Duces ad frigida Thules
Imperia, & nuper nobis Garamantas, & Indos
Seruitio pressos, totumq; tremoribus orbem
Oppletum haud dubio viderunt lumine reges.
Hoc thalami, hoc tædæ, hoc sacrata lege reperti
Concubitus fecere: viros connubia nobis
Sancta ministrarunt; hosteis fudere tumenteis
Armorum trepido motu; pepeřere triumphos
Innumeros nobis; exercitus vndiq; noster
Hinc semper rediyt spolys decoratus opimis.

Mercur. Trif. in serm. VII. ad AEsculap.

Imo etiam veterum leges, & iura notarunt
Sæpè viros, vitæ qui tandem cælibis vsum
Exorsi, audeient sanctas contemnere tædas.

Plato de rep. lib. 5. & de legib. l. 6

Quin etiam extra vrbem facto eiecere tumultu
Hoc hominum genus, vtque inimicum ciuibus, illi
Supplicia, & pænas sancto statuere senatu.
Vos igitur, Ciues, regni quos tanta cupido
Extimulat, laudis quos semper cura remordet,
Quos & honos vrget; quos gloria, quosq; triumphi
Semper alunt, triplicisq; quibus confinia mundi
Sunt nuper superata armis, gentesq; subacta,
Et populi, atque vrbes, & rerum parta potestas,
Virtutem hanc vestram contemptis vndiq; tædis,
Illu-

Illustreisq́; animos penitus torpere sinetis?
Nec vos tangit honos, non gloria Martis, & ardor
Iliadum? gentisq́; animos primordia nostræ
Non vobis facient, acuentq́ ad prolis honores?
Dardanus hoc suadet, primus pater vrbis, & auctor
Iliadum; suadet Cretæis Teucer ab oris.
Ilus, & Assaracus, claro genitore creati,
Priamidesq́; potens, Pelidæ interritus armis,
Ad sanctos thalamos, Hymenæaq́; sacra propellunt
Vos, Ciues; natosq́; volunt cognoscere vestros.
Ipse quoque Æneas, clarum qui duxit Iulum
Per varios casus, per tot discrimina rerum,
Cum primùm Ausonios pelago peruenit in agros,
Quas cædes, quæ bella tulit, quibus horruit armis,
Ut Rutulo vxorem promissam abduceret, atque
Ex se fæcundam faceret, claramq́; latino
Progeniem in patrias adiungeret optimus arceis?
Quod decus, aut quis honos patribus sinè prole caden
Et genus, & famam prospectu cernere claro? (tem
Et quis honos patribus, proprio qui ex semine prolem
Fæcundam inspiciunt, & pignora cara, nepotes?
Gaudia quæ sumunt, læta quæ munera vitæ;
Cum tener in cunis, ampla cum paruulus aula
Colludit natus, & dulceis porrigit vmbras?
Fœlicem vitam, fœlicia funera tandem,
Queis proprij census contingit cernere natos
Hæredes, nomenq́; suum, fidosq́; penateis
Inco-

Incolumeis fieri, atque omneis superesse per annos.
Non quicumque velit sanctum seruare pudorem,
Virgineosq; annos, floremq; tenere iuuentæ,
Hic reprobo. Imò etiam sanctis sua præmia pono
Virginibus; Vestæq; nurus sine coniuge sacras
Et superesse volo, & numerum concrescere voto,
Æternum vt seruent sanctis penetralibus ignem.
Sed qui ficta gerunt mentiti corda pudoris,
Cælibis vt vitæ peragant simulamina, damno,
His scelerum pœnas, & amati tristia cultus
Supplicia impono, & nostro sua crimina plectam
Arbitrio, & vitæ temeraria iura retundam.
Quare agite, ô Ciues, thalamos properate pudicos
Excolere, & tædas, Hymenæaq; sacra, facesq;
Sumite, vt exiguum numerum repleatis, & vrbem
Militibus, clarisq; viris, & fascibus orbem.
Mars fauet inceptis; Martis cognoscite iussa,
Exemploq; eius natorum estote parentes.
Et Cytherea Venus, placuit cui tempore quodam
Anchises coniux, claro nunc sydere vobis
Aspirat, votisq; aderit Saturnia vestris.
Nos quoque ponemus meritis pro talibus ampla
Præmia, & æqualeis Vestalibus esse iubemus.
Sint igitur vobis tædæ, sit gloria prolis
Assidua curæ, & mansurum in sæcula nomen.
Hæc dum Iudæas vulgabat fama per vrbeis,
Proq; æqua populis mandabant lege teneri.

Romuleæ legis custodes, protinus ecce
Paschatis in Solymos rediјt venerabile tempus.
Nam quondam Hebræos intra septemflua Nili
Ostia crudeli Pharao feritate tenebat,
Insolitoq́ metu populum cum Principe sancto
Vexabat, nullumq́ modum ponebat in illis.
At Pater Omnipotens, populi quem summa tenebat
Cura sui, patriasq́ illum reuocabat ad oras,
Mandauit Mosi, certis vt quisque diebus
Lanigeri pecoris paruum sine crimine fœtum
Tolleret, atque igni torreret; deinde repenté
Dente, manuq́ auida propriam mandaret in aluum;
Antè sed hyssopi ramis hoc sanguine plenis
Signarent posteis, fugerent vt numinis iram.
Et tandem afflicto grauibus Pharaone procellis,
In patriam Solymi nullo tardante redirent.
Hæc tum solemneis redeuntia sacra per annos
Heroes Solymi, & populus de more colebant,
Cum Ioseph, Virgoq́ parens, & cœlica proles
Nazareis abeunt laribus, Solymamq́ feruntur
Intra vrbem, vt memores peragant solemnia sancti
Paschatis, & reditu pro tanto munera reddant.
Hic autem sacris veteri de lege peractis,
E Solymis Ioseph sancta cum Virgine tendit
Ad patrios fines, & ad hospita tecta parentum.
Vtq́ iter vnius fuerant lucisq́, diéiq́
Emensi, affines sectantur præpete passu,

Exod. c. 12.

Luc. cap 2.

E Inuen-

Inuentosq; rogant, vbi filius adsit. At illi
Continuò puerum per iter vidisse negarunt,
Inde dolens Virgo, & Ioseph rediere repentè
Intra vrbem, puerumq; Deum per tecta requirunt.
Ille autem in templũ, (quamquã duo lustra, duosq;
Cerneret Autumnos) notũtum fortè relictis,
Se tulit, atque choros seniorum protinus intrat.
Mos erat Hebraeis coetus in tecta vocare
Innumeros hominum, vt legis praecepta referrent.
Hic quoque soluebant liteis, caussasq; videbant
Docta virum ingenia, & poenas, vel amica priores
Heroes trepidae reddebant praemia genti.
Haec quoque sub templis peragebant iura magistri,
Vt legis vires, & sancta oracla viderent,
Certatimq; omnes agitabant carmina vatum
Intellecta parùm, & verborum ambagibus acta,
Et de venturo certabant rege: quis ille,
Quis pater, & genitrix, fieretq; vnde eius origo;
Consueuere omnes sacris exquirere chartis.
Haec tum fortè senes sacris penetralibus vna
Voce requirebant, tenebrisq; inferre parabant
Perpetuum lumen, nè Vatum sensa laterent,
Cum venit, ecce, puer diuino flamine cretus
In templum, & media seniorum in sede resedit.
Inde omneis circum inspiciens, & lumine claro
Cuncta videns, placido tandem sic ore profatur;
Quid de venturo, Proceres, Sotere tenaci

Card. Baron. Ann. Eccl. t. 1. ann. Christi 12. n. 1.

Disse-

Differitis voce, & dubijs ambagibus error
Vos tenet, & Vates non cernitis ore sonoro
Prædixisse olim, & Solimorum intra hospita tecta
Cælesti genitore satum, & sub paupere tecto
Virgine de sancta, seruato flore pudoris,
In tenueis tandem demissum luminis auras?
Ille qnidem venit, nec erit dubitabile verum,
Pectora si vobis fuerint sine crimine turpi,
Atque odijs spoliata suis, vanumq; timorem
Deponant, Vatumq; velint cognoscere motus.
Hoc Iacob testatus erat, dum voce vocauit
Natorum gentem, & ventura oracula dixit.
Laudauit Iudam, regemq; in fratribus olim
Constituit, sceptrumq; dedit, summasq; tiaras,
Et regnaturos natos, propriosq; nepotes
Prædixit, donec veniat, qui tempore quodam
Adueniet, cupientq; illum tum deniq; gentes.
Hic vbi sunt Iudæ, & natorum sceptra, vel altum
Dauidis imperium, & sacrati munia regni?
Omnia prætereunt, vobis fuit vltima sedes,
Dum Assamonæus erat, regnumq; ex principe iusto
Cessit Idumæo vestro cum crimine regi.
Quidq; olim Moses diuino numine motus
Obscuris voluit vobis prædicere verbis,
Dum magnum Vatem vobis, magnumq; prophetam
Sponte Deum quondam ventura in sæcla daturum
Promisit, proprijs genitum de fratribus illum?

Gene. cap. 49. Matthę. c. 2. & Io. c. 1.

Deut. c. 18. Io. c. 1. & in Act. Apos. c. 3. & 7

En ille aduenit Vates; cognoscite vestrum,
O Solymi proceres, Vatem, Dominumq; potentem,
Et sua iura omnes vestris defendite dextris.
Hoc quoque testatur sacrato carmine David
Mille locis, Christumq; suum, Dominumq; vocauit.

Psal. 2. 13. 17. 18. 22. 23. 35. 44. 45. 50. 52. 66. 71. 79. 83. 84. 86. 88. 95. 97. 109. 111. 117. 129. 131. 144. 149.

Quidq; olim Salomon tenuisse silentia dixit
Omnia, & in summos plaustrum duxisse Booten.
E regione polos, missum dum cœlitus altum
Debellatorem terras tenuisse capaceis
Dixerat, & terris stantem contingere cælum?

Sap. c. 18.

Amoides etiam, quem dissecuere parentes

Isai. cap. 7.

Vestri olim, sacris sermonibus indidit istud.
Eccè, ait hic Vates, hominis sinè semine Virgo
Concipiet, parietq; suo sub tempore natum.
Huic erit Emanuel nomen; pinguedine lactis,
Et quod apes dederant, vescetur nectare dulci,
Vt sciat inde malum stygias detrudere ad vmbras,
Eligat atque bonum, & fælicia gaudia monstret.
His certè verbis venturum in tecta potentem
Vestra Deum dixit mortali veste grauatum.
Sed venisse etiam monstrauit lumine claro,
Paruulus, vt dixit, nobis sub luminis oras
Natus adest, nobisq; datur iam filius alto.
Hic erit & princeps pacis, sæcliq; futuri
Et pater, & custos, Deus, & fortissimus Heros.
Nomen erit toti penitus mirabile mundo,
Consilioq; potens, rerumq; tenebit habenas.

Idem

Idem etiam dixit, Iesse è radice potentem
Venturam virgam, & florem de vimine tanto
Tandem ascensurum, Domini cui spiritus olim,
Virtutesq; omnes inerunt sine finibus vllis:
Venturumq; agnum deserto è litore, & orbi Cap. 16. Cap. 32. 35. 61
Venturam pacem, nullosq; instare tumultus
Bellorum, & saeuos penitus requiesse fragores,
Fœlicesq; homines, tantus cum aduenerit Heros.
Mille locis alijs monstrauit carmine Vates Cap. 40. 42. 45 49. 50. 51. 52. 53. 61. 62. 66.
Fatidico regem venturum ex semine Dauid;
Multaq; praedixit, quae iam euenere, salusq;
Aduenit, vestrisq; manet seruator in oris.
Ipse quoq; Helchiades, paruo qui Anathote creatus, Ierem. c. 31.
Sacra canens lapidum tandem fuit obrutus vndis,
Vocibus haud dubijs, & claro protulit ore;
Virgineum intra vterum conscribet fœmina sancto
Corde virum, & sanctos penitus circundabit artus.
Alter & est visus, dixit, terrisq; manentem Baruch. c 3.
Viderunt homines, & cognouere loquendo.
Vera ait, & certis possunt cognoscere signis.
Et qui Chaldaeo cecinit sub carmine Vates Daniel c. 7.
Extra vrbem vestram saeuae Babylonis in oris,
Regna sacri regis monstrauit limite certo,
Dum aeternum, magnumq; facit, semperq; potentem,
Et fera sternentem proprijs animalia regnis.
Hoc quoque testatur, numerat dū Tygridis vndas,
Dumq; virum eximium venientem prospicit alto

En ille aduenit Vates; cognoscite vestrum,
O Solymi proceres, Vatem, Dominumq; potentem,
Et sua iura omnes vestris defendite dextris.
Hoc quoque testatur sacrato carmine Dauid
Mille locis, Christumq; suum, Dominumq; vocauit.
Quidq; olim Salomon tenuisse silentia dixit
Omnia, & in summos plaustrum duxisse Booten
E regione polos, missum dum cœlitus altum
Debellatorem terras tenuisse capaceis
Dixerat, & terris stantem contingere cœlum?
Amoides etiam, quem dissecuere parentes
Vestri olim, sacris sermonibus indidit istud.
Eccè, ait hic Vates, hominis sine semine Virgo
Concipiet, parietq; suo sub tempore natum.
Huic erit Emanuel nomen; pinguedine lactis,
Et quod apes dederant, vescetur nectare dulci,
Vt sciat inde malum Stygias detrudere ad vmbras,
Eligat atque bonum, & fœlicia gaudia monstret.
His certè verbis venturum in tecta potentem
Vestra Deum dixit mortali veste grauatum.
Sed venisse etiam monstrauit lumine claro,
Paruulus, vt dixit, nobis sub luminis oras
Natus adest, nobisq; datur iam filius alto.
Hic erit & princeps pacis, secliq; futuri
Et pater, & custos, Deus, & fortissimus Heros.
Nomen erit toti penitus mirabile mundo,
Consilioq; potens, rerumq; tenebit habenas.

Psal. 2. 13. 17. 18. 22. 23. 39. 44. 45. 50. 52. 66. 71. 79. 83. 84. 86. 88. 95. 97. 109. 111. 117. 129. 131. 144. 149.
Sap. c. 18.
Isai. cap. 7.

Idem etiam dixit, Iesse è radice potentem
Venturam virgam, & florem de vimine tanto
Tandem ascensurum, Domini cui spiritus olim,
Virtutesq; omnes inerunt sinè finibus vllis:
Venturumq; agnum deserto è litore, & orbi — Cap. 16.
Venturam pacem, nullosq; instare tumultus — Cap. 32. 35. 61
Bellorum, & sæuos penitus requiesse fragores,
Fœlicesq; homines, tantus cum aduenerit Heros.
Mille locis alijs monstrauit carmine Vates — Cap. 40. 42. 45
Fatidico regem venturum ex semine Dauid; — 49. 50. 51. 52.
Multaq; prædixit, quæ iam euenere, salusq; — 53. 61. 62. 66.
Aduenit, vestrisq; manet seruator in oris.
Ipse quoq; Helchiades, paruo qui Anathote creatus, — Ierem. c. 31.
Sacra canens lapidum tandem fuit obrutus vndis,
Vocibus haud dubijs, & claro protulit ore;
Virgineum intra vterum conscribet fœmina sancto
Corde virum, & sanctos penitus circundabit artus.
Alter & est visus, dixit, terrisq; manentem — Baruch. c 3.
Viderunt homines, & cognouere loquendo,
Vera ait, & certis possunt cognoscere signis.
Et qui Chaldæo cecinit sub carmine Vates — Daniel c. 7.
Extra vrbem vestram sæua Babylonis in oris,
Regna sacri regis monstrauit limite certo,
Dum æternum, magnumq; facit, semperq; potentem,
Et fera sternentem proprijs animalia regnis.
Hoc quoque testatur, numerat dũ Tygridis vndas,
Dumq; virum eximium venientem prospicit alto

Indutum vario clari fulgoris amictu.
Tempora præterea, sacro quæ carmine Vates
Hebdomadas dicit, mox præteriere per annos
Complureis, vatiq; sui retinentur honores.
Non de postremo, veniet quo tempore Soter,
Vaticinatus erat diuino numine vates;
Tunc etenim nullis sacrata liquoribus illi
Vngetur facies, sed erit tremebundus, & atrox,
Terrificosq; occulos, vultumq;, animumq; seuerum
Gestabit: pietatis erit sine nomine Iudex.
Sed primum aduentum certis prædicere signis
Optauit vates; siq; hæc vos cernere vultis,
Rex fuit hic vnctus cœlesti rore, nec istud
Est dubium. Hunc proceres occident morte nefanda
Iam vestri: hoc vates monstrauit carmine magno.
Hoc etiam Vates, Thecue qui natus, apertis
Vocibus expressit, dum hærentia mora rubetis
Carperet, & duro sub cultu duceret annos.
Ecce dies, inquit, veniunt; comprendet arator
Messorem; & pedibus teneras qui comprimit vuas,
Semina spargentem; & sudabunt roscida Quercus
Mella omnes, colleisq; omneis tum vertet aratrum:
Flumina tum lactis, tum flumina nectaris ibunt.
Nuper id, ò proceres, vidistis; nuper & illud
Aduenit tempus; Solymorum nuper & agris
Tanta salus venit, quia dudum gentis Iudæ

Idem c. 9. Matthæ. c. 24. Io. c. 1. & D. Aug. ad Hesych. ep. 80. t. 2. c. 3.

Amos. c. 9.

Veræ

Vera salus venit, populi seruator, & auctor
Ipse Morastites prædixit versibus olim
Haud dubijs cælo ventura in sæcula duci
Progeniem: sancti referam nunc verba prophetæ,
Ephrata tu Bethlem, Iudæ qui paruulus orbis
Es locus, ex te olim dominator surget in omneis
Maximus Isacidas, & erunt primordia primi
Egressus annos antè, atque antè omnia sæcla.
Vera ait hic Vates: seruator gentis, & auctor
Æterno genitore olim in penetralibus altis,
Et sine principio est genitus; sed flamine sancto
Virgineo ex vtero Bethlem sub paupere tecto
Natus adest, vobisq́ parat sine fine salutem.
Testem etiam Aggæum, si rectè auditis, habetis;
Ille etenim vt referat venturum in sæcula regem,
Concinit; Et veniet, quem gentes præpete voto
Optabunt cunctæ, & complebit gloria totam
Magna domum, votis ꝑ suis lætabitur orbis.
Ista locis alijs diuino numine moti
Vates prædixere olim, Christumq́ futurum
Humano generi veram cecinere salutem.
En ille aduenit: vestrum cognoscite regem,
Et Bethlem natum Solymis asciscite regnis.
Sed vobis instare scio crudele potentis
Exitium regni; Dominum quòd ad vltima vestrum
Imperia, inq́ alias genteis pelletis, & vrbeis.
Ipsi has ex vestro pendetis sanguine pœnas,

Michæ. c. 5.

Aggæ. c. 2.

Ioseph. Acost. de Christo reuelat. lib. 5. & & 6.

O miseri, vos triste nefas, vos dira manebunt
Supplicia, & seris votis plorabitis illum.
Talibus, atque aliis longo ordine dicta priorum
Heros Omnipotens penitus iuuenilibus annis
Rettulit, & cœli demissum sedibus altis
Ostendit regem promissum vatibus olim.
Multa recensenteis proceres, populiq; magistros
Audiit; atque illos placido sermone rogauit
Plura, docensq; alta remouebat voce tenebras.
Mirantur Solymi proceres, qui templa tenebant.
Longæuiq; senes penitus stupuere, nec audent
Responsis se offerre suis, teneramq; iuuentam
Viribus ingenii summis pollere fatentur.
Perfidia tamen ingenii, cæcoq; timore
Perdendi imperii cuncti pleno ore fatentur:
Haud vsquã Christum promissum ex æthere summo
Aduenisse suum; nec tempora adesse suprema,
Vt cœlo Soter descendens eximat Orco
Humanum genus, & faciat super æthera notum;
Esse nec hæc Vatum rentur germana priorum
Sensa, sed intra alia aduenturum tẽpora Christum.
Luc. cap. 2. *Interea Ioseph sancta cum Virgine, quando*
Progeniem sensere suam procul esse, repentè
Solliciti intra vrbem redeunt, puerumq; per omneis
Exquirunt ædeis; tribus atque exinde diebus
Transactis, medio in templo, atque in sede sedentem
Inueniunt, doctosq; vident residere magistros

Hunc

Hunc circum, puerumq; oculis, animoq; tuenteis.
Mirantur iustusq; pater, Iessaaq; Virgo
Talia tum natum nimiùm puerilibus annis
Longaeuos inter proceres audere profari.
Sedula sed genitrix sancto pietatis amore
Mota, ait, ó fili quid nobis talia reddis?
Eccè tuus mecum genitor cruciatibus imis
Oppleti, tota nunc te quaesiuimus vrbe,
Ille sed haec contrà; Quid me quaesistis? an ipsi
Ignorabatis patris mandata necesse
Me facere, & caelo quae olim praecepit in alto.
Illud at haud ipsis penitus descendit in altum
Ingenium, mater sed pectore condidit imo;
Inde abeunt Solymis, & dum puer ambulat illis
Subditus, in patriam gressus mouere secundos,
Nazareosq; lares intrarunt numine fausto.

At rex Syriacus, Solymae cui cessit habenas
Herodes genitor, primumq; ad regna vocauit,
Criminibus similem patris, ditione paterna
Se abdicat inuitus, populiq; fragoribus actus
Iuit in exilium; & mox suscipit vrbe Vienna
Gallia faedatum vitiorum sorde Tyrannum.
Fecerat hoc Caesar populorum ad vota suorum
Sepè fatigatus precibus, studijsq; petitus
Innumeris, vt opem ferret pro tempore rebus
Sollicitis, premeretq; manu pereuntia regna.

Ioseph. de bell. 2.c. 6. & Ant.lib.17.c. 15. Dio. hist. Rom.lib. 56. & Card. Bar. Ann. Eccl.t.1. ann. Christi. 16.c.1.&c.

Cre-

Creuerat hoc facto penitus memorabile nomen
Cæsaris Augusti, & summa pietate vigebat.
Nam postquàm Cæsar superauit Marte Britannos,
Perq; papyriferi septemflua flumina Nili
Victriceis egit naueis, Numidasq; rebelleis,
Cyniphiumq; Iubam, Mitridatisq; tumentem
Nominibus Pontum Tarpeiæ adiecerat vrbi,
Augustum excepit; nec enim de Cæsaris actis
Vllum maius opus veteres meminere parentes,
Quàm quòd erat genitor nati, quo præside rerum
In genus humanum Soter descendit Olympo.
Vt namq; Augustus rerum suscepit habenas,
Se patris similem populo præbebat, & vrbi.
Vtq; foret penitus tam magni Principis hæres,
Et mentem, atq; animum populi conuertit ad vsum,
Vt pacem optatam, & requiem per sæcula genti
Perpetuam inferret, curasq; auerteret omneis.
Suet. in Aug. c. 9. & 10. *Persequitur bello Brutum, totamq; repentè*
Conuocat Italiam, & Mutinam certamina confert.
Consul vterq; cadit, bellorumq; ingruit horror:
Æstuat & nimium dubijs Antonius armis,
Sed postrema manent Augusto præmia laudum,
Optatamq; capit tanto ex certamine laurum.
Id. c. 13. *Transtulit hinc bellum, coniuratumq; tumultum*
Brutus in Æmathiam. Brutum videre Philippi
Extorrem, & patria penitus pro cæde carentem.
Sed videt Augustus Brutum, sociosq; rebelleis

Hic

Hic cadere, & fractos sæuum dimittere bellum,
Victricemq́; refert Aquilam, & victricia signa.
Et Perusina fames spoliauit ciuibus vrbem,
Et victum vidit populum Mauortius heros. Id. c. 14.
Nec procul hinc aberat sæuis Antonius armis,
Præside cum tanto dum duceret ocia tutus,
Et fratrem vidit sua per crudelia victum
Crimina, nec posse, aut velle impetrare salutem.
At patris vt maneis penitus placaret, & vmbras, Id. c. 15.
Exacuit Cæsar gladios, sæuosq́; furores
Excitat, & placidam depellit pectore mentem;
Collectosq́; viros valido sub fune trecentos
Mactat; & exclamat moriendum gentibus esse
Omnibus; hanc veniam deberi prædicat illis.
Inq́; aris varios conspergit sanguinis haustus:
Hoc verum pietatis opus, populiq́; salutem
Admonet, & scelerum vetereis vlciscitur iras
Addidit & Siculæ monumenta insignia terræ Id. c. 16.
Nominibus Cæsar proprijs, lepidumq́; rebellem
Audentem penitus Lylibeia mœnia bello
Turbare, & sicula tandem regione potiri,
Aggreditur, superatq́; manus, & castra feroci
Marte capit, reuocatq́; omnem ad sua iura Pelorum.
Et facit, vt timeat fractis Antonius armis, Id. c. 17.
Seq́; suis manibus lethali vulnere fœdet.
Actia bella tulit; confecit & Actia bella

Au-

Augustus; totumq́ instructo Marte per vndas
Feruere Leucaten, auroq; effulgere fluctus
Vidimus, & monteis concurrere montibus altos.
At Regina graueis persensit Principis iras;
Unde dolens geminos à tergo respicit angueis,
Insontemq́ animam Stygias depellit ad vmbras.
Et Nomadum genus, & discinctos vicerat Afros,
Et Lelegas, Carasq;, sagittiferosq; Gelonos;
Euphratesq́ citus referebat mollior vndas;
Et Belgæ, & Morini immanes, Rhenusq; superbus,
Indomitiq; Dacæ, & pontem perpessus Araxes
Ingentem Augustum manibus coluere supinis.
Condidit Hesperio in Latio, totumq́ per orbem
Aurea sæcla viris; pacem, requiemq; per vrbeis
Constituit, propriumq; super Garamantas, & Indos
Protulit imperium; tremuit Mæotica tellus,
Et septem gemini turbarunt ostia Nili;
Hyrcanos, Medos, Persas, & Caspia rura
Qui vertunt, penitus domuit fœlicibus armis.
Id. cap. 21. *Germanos, Sueuosq́ feros, forteisq́ Sicambros,*
Illyricumq́ omneis, Rhætos, sauosq; Salassos,
Pannonios, gentesq; alias, quæ inferre minaceis
Tunc potuere metus, Capitolia ad alta vocauit.
Id. cap. 22. *Ferratas Iani valuas conclusit, & ipsis*
Æneadis peperit ventura in sæcula pacem.
Id. cap. 58. *Unde patrem patriæ pro libertate vocauit*

Ro-

Roma suum, meritosq; illi concessit honores,
Verùm vbi composuit leges, sanctumq; piumq;
Edocuit, moresq; probos monstrauit, & aequum,
Progeniemq; suam Tarpeia in colle locauit
Iam senior, placidus postremo fine quieuit.

Id.c.88.vsque ad 47.
Id.c.98. & 103
Id.c.99. & 100

Libri Tertij Finis.

SOTERIDOS

Libri Quarti

ARGVMENTVM.

IOANNEM mores, vita, & præcepta docentem

Conueniunt Solymi; se illis vocem esse fatetur.

Disserit, vnde homines, rerumq; exortus, & ordo;

Monstrat et, vt Satanas deceperit arte parenteis;

Vnde locis pulsi terras tenuere iacenteis:

Vtq; polis cecidit sub inaneis lucifer vmbras.

Quæ loca sub terris; quid in vmbris posceret Adam

Pronatis: Satanas quæ crimina suaserit auctor.

SEBASTIANI MACCII DVRANTINI

SOTERIDOS

Liber Quartus.

AT puer, ex vtero Dominum qui vidit amicis — Luc. cap. 1.
Luminibus; cæcumq; antrum sub matre petiuit,
Imperium vt regis fugeret, maioribus annis
Crescebat, moresq; simul formabat, & artus.
Vestis erat curui setis conserta Cameli; — Matthę. c. 3. & Luc. c. 3.
Pro victu tenues locustæ, & dura relictis
Poma feris, inopesq; herbæ; & syluestria mella:
Se abdebat nemore, & syluis viuebat opacis.
Verùm, diuino dùm afflatus numine genti
Monstrabat præcepta piæ per sæcula vitæ,
Insignem iuuenem saltus errare per altos,
Atque Deum penitus sancto sub pectore ferre

Fama

Fama refert populosq; omneis, atque oppida cōplet.
At Solymi proceres facti nouitate pauentes
Ire Sacerdotes mandant, populiq; magistros
Ad iuuenem, quærantq;, iubent, an fortè propheta,
Vel sit, quem rentur venturum in sæcula, Christum.
Illi adeunt iuuenem; populi, proceresq; sequuntur,
Turbaq; tota venit, rerum studiosa nouarum.
Obstupuere omnes, cum formam, atque horrida cultu
Aspexere viri, & macie squallentia membra.
Verùm, vbi fixerunt in sacros lumina vultus,
Ora vident hominis diuino plena vigore,
Et geminas sacro fundentem vertice flammas.
Quid veniant, referunt; referunt mandata senatus,
Atque rogant, veris sermonibus ora resoluat,
Ardebantq; illum iandudum audire loquentem.
Ille autem plenus diuino numine, secum
Multa prius meditans, humili de cespite tandem,
Dum consedissent Solymi, sic ore profatur;
Quandoquidē, ô proceres, certus vos occupat error,
Et variæ ambages adigunt de rege futuro,
Deq; Deo vanos euoluere mente tumultus,
Vobis vera canam: vestras aduertite menteis.
Dum loquor, & dubias vestro de pectore curas
Expello, & vobis monstro aduenisse salutem.
Non ego sum Christus, non vobis Tesbius ipse
Cognitus, aut vates, quem Moses dixerat olim
Venturum ex vobis, & sæcula sancta daturum.

Matth.c. 3. & Luc.c.3. 10. c. 1. & 5. Act. Apost.c.3. & 7 Euseb.de præparat. Euang. lib. 3. cap. 2. & lib. 9. c. 11.

Vox

Vox ego sum tenuis, syluis clamantis in altis, Deut.c.18.
Dirigite in Dominum curas, rectamq; per omneis Isai.c.40.
Ite viam gressus, cecinit pro vt carmine vates.
Vir post me venit, qui ante omnia sæcula factus;
Meq; erat ille prior, sed cæcis ipse tenebris
Indutus, tanti haud poteram cognoscere cursum
Principis; ast raptim diuino numine plenum
Ille suum fecit famulum, vt præcurreret eius
Aduentum in populos, & ad ocia sancta pararet.
Sed quæ caussa viæ, quis tanti Principis ortus,
Et quare in terras cælo descenderit alto,
Virgine deq; sacra nuper sub paupere tecto
Venerit in lucem mortali mole grauatus,
Narrabo, & primos repetam Natalis honores,
Multaq; monstrabo sanctorum oracula vatum;
Accipite hæc animis, memoriq; recondite dicta
Pectore; ego incipiam diuino numine fretus.

Principio cælum, ac terras, pontumq; profundum Genes.c.1.
Flammarumq; globos, atque aeris humida regna
Omnipotens genitor sancto virtutis amore
Materie ex nulla, nullaq; ex mole creauit.
Discreuit cælum, terrasq; diremit ab alto
Æthere, & ex terra tractus secreuit aquarum,
Et calidum cælum gelidis seduxit ab vndis,
Et disiuncta locis concordi pace ligauit.
Ipsa autem stabat vacua, & sine imagine tellus,
Obscureq; aderant tenebræ circumq;, supraq;,

Et passim cæcam referebant omnia noctem,
Undarumq; globos Domini Omnipotentis adibat
Spiritus, & totam circundabat vndiq; molem;
Hinc lucem à tenebris discreuit origine mira,
Fecit & aligeros iuuenes, superosq; ministros,
Qui cælum colerent, & amarent viuere semper.
Undanteis discreuit aquas, medysq; sub vndis
Firmamenta dedit, posuitq; in corpore metas.
Et maria, & fonteis, & flumina, stagna, lacusq;
Constituit, certoq; dedit decurrere cursu.
Arboribus vestiuit agros, herbasq; virenteis
Gignere tellurem mandauit, pomaq; tandem,
Et varios fructus plenis producere ramis.
Tum Solem, & Lunam, fulgentia sydera, fecit,
Et cælo imposuit, mandauitq;, ordine certo
Ille diem faceret, regeretq; hæc lumine noctem;
Tempora digererent, menseisq;, & cursibus annum
Conficerent, vitæq; hominum discrimina ferrent.
Astra tenent cæleste solum, terrisq; nitorem
Mille modis pariunt; multoq; decore refulgent.
Cesserunt nitidis habitandæ piscibus vndæ;
Terra feras cepit, volucreis agitabilis aer.
Tum Deus ipse sui permotus imagine vultus,
Protinus admixtam terram fluuialibus vndis
Finxit in effigiem propriam, & sibi fecit in omneis
Uirtutes hominem similem, cælumq; tueri
Iussit, & erectos ad Sydera tollere vultus.

Bened. Perer. Comm. in Genes. t. 1. lib. 1. disput. vlt.

Bened. Perer. Comm. in Gene t. 1. lib. 4. per totum.

Addidit

Addidit & mentem, cælestia munera, & inde
Addidit imperium, & dominari in cætera iussit.
Sunt homines simulachra Dei; sunt vera propago,
*Et vera effigies, facies*q́*; simillima cunctis*
Ipsa Deo concessa fuit; Deus ipse refertur.
Est propè Charanos regio, sub finibus illis,
Quos coluit quondam fraterni nominis hostis,
Vir ferus, antiquo cognomine dicitur Heden.
Hic herbæ, hic flores, frondentibus vndiq́; ramis
Hoc virgulta loco latè per rura virescunt.
Pomaq́; non desunt, nec desunt vitibus vuæ;
Et fructus varios tellus inarata, nec vllis
Saucia vomeribus nullo cogente ministrat.
Fert quoque puniceas violas, fert lilia campus:
Alba ligustra ferunt colles, & amœna vireta
Spargunt assiduos miræ virtutis odores.
Hic myrrhā, hic costū, hic Casiā, hic sua Cinnama di-(cunt
Esse homines; nardiq́; adsunt, & thuris odores.
Hic quoque sunt fluuij, medio qui fonte per omnem
Terrarum tractum placido cum murmure serpunt.
Aureus est Phison, auro ditissimus amnis;
Circuit, & Gehon vndis fremitantibus Indos;
Et petit Assyrios Tygris; postremus oberrat.
Euphrates, redduntq́; locum cælestibus auris
Insignem, & faciunt fœlicis munia vitæ.
Ver est æternum, placidiq́; tepentibus auris
Demulcent Zephiri natos sinè semine flores.

Gene.c.4. Ezechiel.c.27. & Syxt. Senens. Biblioth. sanctæ lib. 5. annot.34. & Bene. Perer. Cō. in Genes. t. 1. lib.3.& pr. vsque ad dispu. de Arb. vitæ. Paradisi terrestris descriptio.

Bened. Perer. Comm. in Genes. t. 1. lib. 3. de quat. flumi nibus.

His locat Omnipotens hominem fœlicib. oris.
Addidit & Stygios posse euitare furores,
Atque immortalem per sæcula ducere vitam.
Illud & exhibuit ducendum ex arbore summa,
Quam sanctis aruis posuit, signisq; notauit,
Duceret vt melius, meliusq; inferret in annos
Naturam acceptam, & longissima tempora vitæ.
Nam vim cœlestem, diuinaq; munera ligno
Indidit, vt fructus quicumq; assumeret ore,
Humanis nunquam morbis, senioq; trementi
Deficeret, firmosq; artus, iuuenemq; vigorem
Duceret, & solido perstarent robore vires.
Sed vetat, auricomos desumat ab arbore fœtus,
Quam monstrat; vitij, & virtutis fœtibus ille
Notitiam dederat; lethum, nisi pareat, addit;
Cætera desumat, fuerit prout certa cupido.
Neuè autem solus foret, & sinè coniuge vitam
Degeret, optatumq; sibi, vitæq; pararet
Auxilium, fierentq; suæ primordia genti,
Quæ populos pareret varios, mundiq; colonos
Conderet, ingenteis somnos, altumq; parenti
Intulit in gelidis vmbris per membra soporem.
Accipit inde Deus costam de parte sinistra
Pectoris, & propria format virtute parentem
Fœminei sexus, & Adæ concessit habendam,
Ut sit in auxilium, & venturum transigat æuum
Cum consorte sua, & fœlicia semina gignat.

Genes. c. 2. & sent. lib. 2. dis. 19. & Bened. Perer. Cõm. in Genes. t. 1. lib. 3. disput. de Arb. vitæ.

Beda, & Strabus in gl. ord. ad Genes. c. 2. & sent. lib. 2. dist. 17.

Bened. Perer. Com. in Gen. t. 1. lib. 4. in q. de præcept.

Gen. c. 2. & Bened. Pere. Cõ. in Genes. t. 1. lib. 4. quæs. de proceat. prim. mulieris.

Interea

Interea Satanas sua per molimina cælo
Excidit, & penitus sub inania Tartara mundi
Missus erat. Paucis, animos aduertite, dicam.
Sydereos Pater Omnipotens ab origine mundi
Constituit iuuenes, naturamq; indidit illis
Corporis expertem, & puram sub pectore mentem
Condidit, atque super posuit fulgentibus astris.
Addidit, vt possent, quò vellent, libera mentis
Ferre suæ arbitria, et quemcumque optare malorum,
Siuè boni finem, vt ferret sua cuique voluptas.
Eccè autẽ extemplò iuuenum pars optima summũ Sent. lib. 2. dist. 5.
Inspectura Deum, se ad verum luminis ortum
Conuertit penitus, penitusq; intenta cohæsit.
Lucifer at contra deceptus imagine formæ, Sent. lib. 2. dist. 6.
Inq; suum aspectum versus, speciemq; nitentem,
Protinus auertit mentem, & furialibus ausis
Motus ait; Cælum raptim sublimis in altum Isai. c. 14.
Ascendam, sedemq; meam, soliumq; superbum
Constituam in summis Aquilonibus, inde Tonanti
Supremo similis nullo discrimine fiam. Io. in Apocalipsi, c. 12.
Hæc ait; at raptim stabili virtute Michael,
Militiæ ductor cælestis, conuocat omneis
Æthereos iuuenes, stabant qui in sedibus altis
Intrepidi, & superas ausum conscendere sedeis
Detrudunt cælo Satanam cum gente superba,
Et cæcas intra tenebras sinè lumine claudunt, Luc. cap. 10.
Ille, velut fulgur, longo quod tramite sulcum

Efficit, atque viam flammis crepitantibus alto
Adueniens signat, fœdumq; exhalat odorem;
Excidit ima petens, caudamq; per alta reflexam
Sydera contorquet, factoq; volumine sanctas
Aligerùm iuuenum violat contage cateruas,
Tertia pars trahitur, vacuasq; repente relinquunt
Æthereas sedes, & ad impia Tartara tendunt.
At Satanas cœlo pulsus, sanctisq; cathedris
Cum sæuis scelerum socijs, belliq; nefandi,
Vritur infœlix, & aperto carpitur igni;
Inq; suis tenebris crassa caligine lucis
Obductus, latè infœliciter exigit æuum.
Et modò magna subit vastæ penetralia terræ,
Inq; cauis regnis exercet inaniter altum
Imperium, & cæcis furit imperterritus vmbris;
Et modò sublimeis mundi melioris arenas
Verrit inops, summumq; procul despectat Olympum,
Vnde olim cecidit; solium miratur, & orbem
Æthereum, atque animos vesanis laudibus implet.
Et dolet ex animo formam amisisse priorem,
Et subiisse sua contraria dona iuuentæ,
Deformemq; suis factis, & crimine factum.
Sed Pater Omnipotens, doleat quò impensius, illi
Cernendum exhibuit, sedes, quas ipse prophano
Polluere optasset cultu, fore tempore paruo
Productis natis primorum à stirpe parentum
Opplendas, sanctisq; viris, velut antè, colendas;

Io. in Apocal. cap. 12.

Et

Et fore, vt hæc fiant, cœlis vbi Christus ab altis
Lustrarit terras mortali mole grauatus,
Innumerosq́; homines stygio reuocarit ab Orco
Obsequio Crucis, & Solymorum immanibus ausis.
His super accensus, rabie excandescit, & ira
In tanti auctorem generis, prolemq́; futuram;
Cogitat atque etiam, qua iam ratione, quod instat,
Expediat victor, penitusq́; auertat ab alto
Humanam sobolem, secum sed ducat ad Orcum,
Et vacuas semper sedes, quas ipse reliquit,
Cernat, & haud vllo reparentur munere casus.
Interea humani generis vidit ire parentem
Prata per, & riuos, spatiantem passibus æquis,
Gaudentemq́; bonis, cœli quæ conditor illi
Cum consorte suo dedit absque timore fruenda.
Hanc, ait, abducam, vt leges peruertat, & altum
Imperium illius, cui non parere Virago
Cogitat esse nefas; quid enim tentasse nocebit,
Si nihil expediam? sed non inglorius ista
Destituam, & voti fiam me iudice victor.
Hæc secum; & raptim suscepto corpore magnus
Fit coluber, longamq́; extendit corpus in aluum,
Et maculis circum positis per gramina serpit.
Hunc Scytalen perhibent, vario qui tergore, & æquo
Corporis incessu mortalia lumina prendit.
Luxuriansq́; modis miris per prata parentem,
Horrentem haud quicquã, prorsusq́; timore solutã,

Bened. Peret. Com. in Gen. t. 1. lib. 6. q. 2. de Serpente, in fine.

Aggreditur, taleisq; effundit pectore voceis;
Genes. c. 3. *Cur Deus, ô Mulier, vobis praecepit, vt ore*
Auricomos fœtus nunquam caperetis ab alta
Arbore, quam medijs seuit fœliciter hortis?
Me certè miseret tantis priuasse Tonantem
Muneribus vestros annos, placidamq; iuuentam.
Hos fructus cur arbor habet? Nil conditor orbis,
Nil natura sagax vanum produxit in ortum.
Hæc homini non danda, feris si cætera? Vobis
Non præcepta dedit, verbis sed lusit amicis
Vobiscum Deus: hæc pro vobis poma creauit.
Tanta superstitio pulchris à fructibus absit;
Accipite hæc alacres, pomisq; assuescite vestris.
Illa sed hæc contra; Generosis fructibus ipsi
Arbitrio nostro, fuerit prout cuique libido,
Vescimur, & nostrum est, quodcumq; per arua beata
Nascitur. At media duntaxat ab arbore fœtus
Non capimus. Vetuit Deus, vt fœlicibus annis
Viuamus, lethiq; viam ignoremus, & vmbras.
Ille ait; Haud vnquam fœlices corporis artus
Iuris erunt lethi, & nunquam complebitis æuum.
Addidit & ridens; Vobis nunc officit vna
Simplicitas; erratis enim. Quid tactus, & oris
Morsus obest? Viuax tango, nec morte solutus
Occumbo, hos fructus: & idem, si dentibus illos
Carpseris, eueniet: non obsunt dona Tonantis.
Imò oculi vobis, sublato errore, patebunt.

Dijs

Diis quoque persimiles, memores virtutis, & omnis
Expertes vitij placidis viuetis in hortis,
Si auricomos fœtus pleno gustabitis ore;
Dant etenim lætam poma hæc cælestia vitam;
Hinc Deus hoc vobis seruandum tradidit olim.
Sume igitur, quodcumque iuuat, vanumq; timorem
Pelle procul: mora longa nocet; nocet ista moranti
Segnities: iam carpe manu, & morde: inde marito
Porrige vescendum. At mulier pulcherrima vidit
Poma oculis gustuq; simul, tactuq; putauit
Suauia iandudum, & decepta cupidine cæco
Sustulit, ac fructum tandem violauit amaro
Dente sacrum, placuitq; illi venerabile pomum.
Attulit atque viro prædulcia poma, rogatq;
Compositis verbis, comedat; se dente fatetur
Hæc fregisse priùs, semesaq; frusta marito
Præbuit, & varijs celebrauit laudibus illa.
Coniugis illecebris superatus credulus Adam
Credidit, & dextra cepit mirabile donum:
Neuè foret tristis mulier, neuè ægriùs æquo
Hoc ferret, pomum susceptum dente momordit.
Heu miseræ mentes, quæ vos dementia vexat?
Quid facitis? Quod triste nefas, quæ crimina pellunt
Vos modò? quò ruitis? tantis absistite cœptis;
Et genus humanum seruata lege Tonantis
Seruate incolume, & damnum remouete futurum
Humani generis; fictis nec credite verbis

Im-

Immanis Satanæ, & sceleratum arcete Tyrannum.
At Pater Omnipotens tantos vbi lumine claro
Sentit adesse dolos, damnauit lege Draconem
Perpetua, vt mulier premeret caput ipsa superbum,
Serperet inq; omneis terras, & duceret aluum.
Protinus atque ipsos sanctis discedere tectis,
Et procul ire iubet pollutos corde parenteis.
Aliger it cælo Cherubin mucrone corusco
Armatus flammisq; nouis, facibusq; proteruis
Succensus, trepido fertur velociùs Euro
Prata per, & riuos quærens fremebundus agrestis
Fœdifragos, mortemq; minans, pœnasq; malorum.
Vt verò aspexit stanteis ad Tygridis vndas,
Mærenteisq; suis factis, & turpibus ausis,
Hinc procul ite, inquit, raptim, atq; abscedite sanctis
His lucis: vos triste nefas, vos dira manebunt
Supplicia, & proprio pendetis sanguine pœnas.
Et gladio & flammis sequitur, sequiturq; flagello
Horribili, & cæcas terrarum extrudit in oras.
Illi abeunt flentes per iter decliue, viamq;
Per loca senta situ certo sinè limite signant:
Quosq; simul liquere lareis post terga beatos
Conuersi aspiciunt, sæuisq; doloribus acti
Interdum exoptant vinclis abrumpere vitam,
Et finire graueis iam tandem morte dolores.
Aliger at valuas, sanctiq; palatia ruris
Concludit iuuenis; nocteisq;, diesq; per omneis

Bened. Peter. Com in Gen. t. 1. lib. 6. sex q. in fine.

Antè

Ante fores vigilat, regnis vt pellat ab altis
Inuisum genus, & flammis crepitantibus omnem
Circuit accessum; & nullo penetrabilis aeuo
Fit locus: extremos cingunt incendia muros,
Audeat vt nunquã in ventura in saecula quisquam
Exoptare locum superare potentibus ausis.
Postquam prima parens terrae inferiora petiuit
Cum consorte suo, & faelicia prata reliquit,
Protinus irrupit mundi peioris in aeuum
Omne nefas: fugere pudor, verumq́, fidesq́;
Inque horum subiere locum fraudesq́, doliq́,
Insidiaeq́, & vis, & amor sceleratus habendi.
Tunc quoque corda hominũ caligine mersa iacebant
Nec poterat quisquam radiantis in atria caeli
Ferre pedem, clausisq́ aditus perrumpere valuas.
Namq́; alias animas Satanas furialibus ausis
Ad tristis sine sole domos sine fine trahebat.
Aeternisq́ aditus claustris, & robore ferri
Perpetuo, & saeua claudebat vecte columna
Hac fratre occiso penetrauit regna Cainus; Gen.c.4.
Cham quoque, qui proprij risit pudibunda parentis, Gen.c.9.
Possidet infernas sedes, quiq́; inde fuerunt
Persimiles patris, censentur carcere tetro.
Et Chus, & gentes aliae, quas sulphure multo,
Flammarumq́; globis iusta tunc percitus ira
Perdidit Omnipotens, & ad impia Tartara misit. Gen.c. 12. &
Hic Nabal, Pharaoq́ potens, regesq́, Ducesq́, 1.Reg.c.25.

Qui Solymis quondam nimium violenta tulerunt
Bella manu, populoq; Dei facere ruinam,
Assiduis pœnis torquentur, & vndiq; sæuis
Supplicijs adigunt scelerata munia vitæ,
Hi quoq; quos quondam per crimina plurima cœlo
Imposuit nimium nobis mentita vetustas,
Exercent pœnas, Infernaq; limina seruant.
Seruauere locum, & portarum ingentia claustra
Eumenides, custosq; Zamis nunc limina seruat.
Perpetuaq; suas euoluit cardine valuas.
Hic stabulant Sphinges, Satyri, Fauniq; bicornes.
Pan quoque, & Harpiæ, & scelerato Gorgones ore.
Geryonq; triplex, Centauri, & Scylla biformis.
Ast alias animas diuerso carcere terræ
Clauserunt primi sua per molimina patres;
Sed diuersa tamen scelerata à sede tenebant.
Nam Satanas vasti tenuit penetralia mundi,
Et solium in medio posuit; circumq;, supraq;
Quisque suos patitur maneis; & deinde per amplum
Mittitur Empyreum, vicinaq; iugera terræ
Occupat, & cœli tutissima gaudia sperat.
Hic locus est inter terræ postrema plagamq;,
Qua scelus eluitur suppressaq; Tartara calcat:
Dicitur Abrami sinus, alysijq; penates.
Hæ vacuæ semper sedes, vacuiq; fuerunt
Gen.c.4. *Semper agri, donec superatus fraude Caini*
Iustus Abel, princeps ad inania regna tetendit.

Heu

Heu quantùm inuidia, & quantum fœlicia fratris
Munera turbarunt inimico pectore fratrem!
Huc quoque non multo post tẽpore maximus Adam
Et pater, & genitor venit, quem Sethus, & Enos, Genes.c.5.
Cainas, Malalelq́; simul, Iaredq́; secuti
Obscuros tenuere lareis, loca plena futuræ
Lætitiæ, & tandem cælo illatura colonos.
Venit, & huc Iacob, quem quondam sanctus Olympi,
Omnipotensq́; pater multo dilexit amore.
Huc quoque Mathusalem postremo tempore vitæ
Concessit, postquàm cum regnatore potenti
Composuit gressus, & adiuit passibus aquis.
Hic Lamech, Noeq́; manent, cui iussit vt Arcam Genes.c.6.
Conderet, Omnipotens, vt tum seruaret ab vndis
Et genus humanum, & varijs animantia formis.
Dum scelus, & fraudeis, inimicaq́; pectora iusto
Obruere vndarum prærupta mole pararet.
Has Iaphet, magnusq́; Thubal venere sub oras. Genes.c.10.
Hic quondam, vt totum supremis ignibus orbem
Lapsurum audiuit, sed aquis ingentibus antè
Mergendum, geminas diuersa ex mole columnas
Sedulus effinxit; solidum quarum altera marmor
Extitit, vt pluuias posset superare cadenteis;
Altera terra fuit, (dixere bitumina nostri)
Aduersus flammas, & iniqua incendia mundi.
His cantus, numerosq́; omneis, & carmina ferro
Inscripsit, fecitq́; notas, tenueisq́; figuras.

Mul-

Multiplici variauit ope, & signauit ad vnguem,
Viueret vt mundo semper mirabile donum;
Inuenitq; arteis varias, & duxit in vsum.
Hic quoque cum vittis, iusti seruator, & aequi,
Flamine cumq; suo sublimi in sede Sacerdos,
Rexq; Salem vinum sancto cum pane ministrans
Laetus adest; Isac & adest, Iudasq;, Pharesq;
Hic quoque Obed, Iessesq; suus, Dauidq; morantur.
Hic Eliud viuit, viuitq; Eleazar honesta
Sede sedens, Mathanq; pius, iustusq; Iacobus,
Filius, & Ioseph, sancta custodia prolis.
Hic etiam est Aron vittis redimitus, & albo;
Innumeraeq; aliae gentes, matresq;, viriq;,
Et pueri, & castae secum, innuptaeq; puellae,
Queis se prima ducem praebet regionibus illis
Eua parens, summamq; iubet sperare salutem.
Parte alia est Iosue, & Gedeon, Tobias & ipse;
Permanet & secum morbis agitatus iniquis
Iob pater, haud paruis circundatus vndiq; plagis,
Sed patienter agit sanctis virtutibus aeuum.
Nec procul est Iudith celsae virtutis, & alti
Roboris; atque ostro penitus spectabilis Esther:
Est Sarrha, & nato multùm quaesita Rebecha.
Et secum Iudae matres, Solymaeq; puellae
Incedunt, secumq; expectant gaudia vitae.
Hic Vates, qui olim regem cecinere futurum,
Qui redimat genteis, sublimi voce precantur.

Et

Et quanquam hoc poscunt omnes, omnesq́; reposcunt
Vocibus assiduis, votis, precibusq́; fatigant
Auctorem rerum, poscit tamen, atque reposcit
Ante alios Adam; atque oculos ad sydera tollens
Cum gemitu, & summo ducens suspiria corde,
Vocibus his tandem pauitantibus ora resoluit:
O Pater Omnipotens, quanquam pro turpibus ausis
Haud merear cœli prospectum cernere, & auras,
Qua tamen es pietate, Pater, miserere malorum
Tantorum: miserere hominum, quos vincla coercent
His tenebris sanctosq́; patres, qui exempla manebant
Mandati æterni, & quas miro semper amore
Complexus, cœli multa spe sæpè replesti,
Hinc remoue, cœloq́; super fulgentibus astris
Impone, vt tandem tenebrarum carcere fracto
Cœlesteis repetant sedeis, & regna beata.
Ipse quid exposcam, Pater optime, quidq́; rependam,
Haud scirem, nisi iam mihi, iam tua certa voluntas
Perspecta in tenebris certissima signa salutis
Monstrasset, damnumq́; meum reparabile damno
Demissi in terras nati, lethoq́; cruento
Soteris, penitusq́; omneis è viscere terræ
Eductos cœlis æterno fine futuros.
Magna mali labes, terræ inferioris imago,
Nos premit, & cœlo tenebrarum magnus aceruus
Nos procul auertit, fumoq́; inuoluit, & vmbris
Te, Pater, hæc moueant; pietas te impellat, & ipsa
Cla-

Clamantum voces te ad sancta leuamina cogant.
Ipse ego nil merui, quo te modò munere supplex
Oratum veniam, sed apertas vndiq; valuas
Fœderis ipse etiam posito post terga pudore
Ingredior, veniamq; peto, finemq; malorum
Exposco, & vita contraria mumanostræ.
Hoc ego tantorum genitorq;, paterq; virorum
Munere defungor; pia sunt pro prole, suisq;
Munera pro natis: patris est tentare precando
Et natis veniam, & finem exorare malorum.
Sat nobis, nostrisq; datum; sat sanguine nostro
Luciferi luimus miseræ periuria gentes.
Squalidus ipse etenim cœlis expulsus, & expers
Ipse mei decoris cara cum coniuge lucem
Odimus, atque animos in luctum adiecimus ambo.
Sors mea principiò fuit irrequieta; pigetq;
Actorum sinè fine mihi, sinè honore laborum.
Sed piget, heu, grauiùs, tua quòd mandata tenaces
Fregimus, & nostræ non nouimus ocia vitæ.
Te verò haud grauior iusto furor altus adegit,
Ut sineres nunquam facinus lethaliter ausum,
Atque ipsos scelerum auctores post crimen inultos.
Imò etiam miror, quòd non feruore perenni
Percitus, aligerum cœtus cum fortibus armis
In pœnam dederis, missoq; ex æthere summo
Fulmine, nos ambos priuaris munere vitæ,
Ut genus humanum, quod de genitore nefando
Sumeret

Sumeret exortum, deletum morte videres.
Commeriti hoc fuimus, nec non maiora; sed ingens
Hoc pietas vetuit, qua tu Deus, & pater extas.
Postquàm nos miseri thalamis concessimus altis
Iustitiae eiecti; queis stat pro mœnibus ignis,
Affuerunt luctus, nec non suspiria ab alto
Pectore ducta meo; nec erat, quem criminis atri
Auctorem facerem; nos crimen fecimus illud.
Nos dedimus crimen, nulla virtute coacti;
Tentauit serpens, non ad commissa coegit.
Venimus ad rerum finem; sunt omnia sentes,
Et tribuli, quercusque graues, sine frondibus vlmi.
Non glandes, non poma oculis, non sentibus vuas
Vidimus, & tantùm floreis, & floribus herbas
Nouimus immixtas; illi sine honore iacebant.
Saxa quoque; & lapides auxere dolore dolorem.
Et modò Sol nimius, nimius modò concidit imber.
Aestateisq; hyemeisq; malas, & tempora veris,
Autumnosq; graueis, varijsq; é partibus anni
Exauctos menseis proprijs incedere signis
Sensimus, & spatijs aequalibus ire per orbem.
Tum cœli patuere viae, penitusq; fuerunt
Sydera diuino subter labentia cursu
Cognita, nec quicquam ignoratum é fastibus anni.
Primus ego ventos terrarum é viscere missos,
Et cœli, mundiq; plagas, & sydera noui;
Quidue ferat, picea nitidum ferrugine quando

Clamantum voces te ad sancta leuamina cogant.
Ipse ego nil merui, quo te modò munere supplex
Oratum veniam; sed apertas vndiq; valuas
Fœderis ipse etiam posito post terga pudore
Ingredior, veniamq; peto, finemq; malorum
Exposco, & vitæ contraria mumia nostræ.
Hoc ego tantorum genitorq;, paterq; virorum
Munere defungor; pia sunt pro prole, suisq;
Munera pro natis: patris est tentare precando
Et natis veniam, & finem exorare malorum.
Sat nobis, nostrisq; datum; sat sanguine nostro
Luciferi luimus miseræ periuria gentes.
Squalidus ipse etenim cœlis expulsus, & expers
Ipse mei decoris cara cum coniuge lucem
Odimus, atque animos in luctum adiecimus ambo.
Sors mea principiò fuit irrequieta; pigetq;
Actorum sinè fine mihi, sinè honore laborum.
Sed piget, heu, grauiùs, tua quòd mandata tenaces
Fugimus, & nostræ non nouimus ocia vitæ.
Te verò haud grauior iusto furor altus adegit,
Ut sineres nunquam facinus lethaliter ausum,
Atque ipsos scelerum auctores post crimen inultos.
Imò etiam miror, quòd non feruere perenni
Percitus, aligerum cœtus cum fortibus armis
In pœnam dederis, missoq; ex æthere summo
Fulmine, nos ambos priuaris munere vitæ,
Ut genus humanum, quod de genitore nefando
Sumeret

Sumeret exortum, deletum morte videres.
Commeriti hoc fuimus, nec non maiora; sed ingens
Hoc pietas vetuit, qua tu Deus, & pater extas.
Postquam nos miseri thalamis concessimus altis
Iustitiae eiecti, queis stat pro mœnibus ignis,
Affuerunt luctus, nec non suspiria ab alto
Pectore ducta meo; nec erat, quem criminis atri
Auctorem facerem; nos crimen fecimus illud.
Nos dedimus crimen, nulla virtute coacti;
Tentauit serpens, non ad commissa coegit.
Venimus ad rerum finem; sunt omnia sentes,
Et tribuli, quercusque graues, sine frondibus vlmi.
Non glandes, non poma oculis, non sentibus vuas
Vidimus, & tantum floreis, & floribus herbas
Nouimus immixtas; illi sine honore iacebant.
Saxa quoque, & lapides auxere dolore dolorem.
Et modo Sol nimius, nimius modo concidit imber.
Aestateisq; hyemeisq; malas, & tempora veris,
Autumnosq; graueis, varijsq; e partibus anni
Exauctos menseis proprijs incedere signis
Sensimus, & spatijs aequalibus ire per orbem.
Tum cœli patuere viae, penitusq; fuerunt
Sydera diuino subter labentia cursu
Cognita, nec quicquam ignoratum e fastibus anni.
Primus ego ventos terrarum e viscere missos,
Et cœli, mundiq; plagas, & sydera noui;
Quidue ferat, picea nitidum ferrugine quando

Sol caput obducit; quid proferat aurea Phœbe.
Sensimus insuetasq; faceis, & frigora cœli,
Et lucem, & tenebras, lateq; silentia noctis.
Non Progne, aut Philomela suis coquestibus omnem
Aera mulcebunt, velut ante in rure beato.
Ast vlulat Bubo, & quæ à sero vespere nomen
Obtinet opplebant varijs stridoribus auras.
Nocturniq; lupi, & nimia feritate leones
Terrebant miseros rabidis vlulatibus ambos.
Cuncta metum fecere mihi cum coniuge: cuncta
Ingentem nobis dederunt per lustra timorem.
Terrarum, quascumque habuere occasus, & ortus,
Nos duo tum fuimus gentis cunabula nostræ;
Et genus in nobis vixit mortale duobus.
Sensimus & morbos varios, qui corpora sæpè
Innumeris torsere modis, segnemq; dedere
Pigritiam, & vitæ contagia plurima nostræ.
Struximus atque domos nobis, domus antra fuerunt,
Et densi frutices, & iunctæ cortice virgæ.
Tum sudor gemitusq; frequens, languorq;, laborq;
Improbus, & duris vrgens in rebus egestas,
Omnia perdomuit; victumq;, cibumq; per arteis
In vultus sudore mei quæsiuimus ambo.
Tum primùm silicis neglectum excußimus ignem.
Tum laqueis captare feras, & fallere visco
Cœpimus, & magnos canibus circundare saltus.
Scidimus & cuneis tum primùm fissile robur:

Tum

Tum varias arteis inuenimus arte coacti,
Cum victum sylua, & victum Dodona negaret.
Mox & frumenti labor additus, vt mala culmos
Esset rubigo, segnisq; horreret in aruis
Carduus: & segetes periere: atque aspera sylua,
Lappaeq;, tribulisq; simul subiere virenteis
Per campos sata laeta, boumq; nitentia culta
Infelix lolium, sterilisq; tenebat auena.
Mille mali genera, & scelerum discrimina mille,
Mille etiam pestes, & nobis mille nocendi
Illusere artes penitusq; dedere ruinam.
Fecimus hoc ipsi nobis, cum crimine nostro
Mandatum sanctum scelerato infregimus ore.
Profuit hoc nobis, quòd nos in sedibus illis
(Pro dolor? heu casus?) docuisti cuncta; quid esset
Innocuum nobis, noceat quid prendere palmis.
Has namq; haud vnquam vires amisimus alti
Ingenij, pro qua es pietate, nec vllius vsus
A nobis abijt diuina mente receptus.
Omnia terrebant, vetita nè ex arbore fructus
Nostra manus caperet, nè iterum tua iussa nefandi
Conciperent animi, & violata lege daremur
In praeceps, tetrumq; suo nos ore barathrum
Manderet, inq; suas detruderet Orcus arenas.
Nox erat, & caelo fulgebant astra sereno,
Cum simul in pratis, viridisq; sub arboris vmbra
Solibus aethereis fessi consedimus ambo.

Tum mihi sub medium noctis, mediumq; soporis
Lucifer antè oculos cæli è regione serena
Visus. Eum tenuis niueo velabat amictu
Carbasus, & totum diuina tegebat imago,
Nè mihi terrorem faceret, fugeremq; nefandi
Criminis auctorem, & casus monumenta prioris;
Seq; Deum finxit, tanti quia caussa doloris
Prima fuit, taliq; mihi sermone profatur;

Quid sceleris pateris? quis te modò torpor honoris
Occupat, vt nequeas damnum reparare futurum?
Hæc, tibi quæ iuncta est mulier, fœdissima factis
Est mulier, tantoq; omninò indigna marito.
Illa tibi semper maioris caussa doloris
Existet, luctumq; tibi, scelerumq; cateruas,
Tristitiamq;, metumq; dabit, fraudesq;, dolosq;
Afferet, & tristeis semper tibi suggeret annos.
Hoc fuge pestiferi monstri exitiale venenum
Perniciem in propria conuersum. Est maximus orbis,
Sunt multæ mundi regiones; effuge raptim,
Dum dormit, somnoq; graui correpta tenetur,
Et sine, vt in vacuis erret regionibus, atq;
Eluat æternas pœnas pro crimine tanto,
Quo te ad tristitiam fœlicibus expulit oris.
Percute vel saxo, atque elide intra ossa cerebrum,
Et iam dede neci, & sceleratam extinguere cura
Prouidus hanc peste. Quid nunc dubitasue, pauesue
Hoc facere? Et sanctis quid nunc parere recusas

Admonitus? Pia iussa fore è cœlestibus oris.
Te Pater Omnipotens, si tantam extinguere pestem
Ausus eris vetereis forsan reuocabit ad hortos.
Sin minus, his grauibus semper cruciabere pœnis,
Perq; omnem profugus latè terreberis orbem.
Altera non deerit: diuino semine condet
Uxorem Deus ipse tibi siuè optima tellus
Plena suis formis, seductaq; nuper ab alto
Æthere, cognati retinens modò semina cœli,
Connubij præstabit opes, & coniugis vsum.
Hæc ait, & fugiens palmis excussit, & alto
Impete, meq; ipsum somnusq; quiesq; reliquit.
Uix me continui, facerem quin talia; sed me
Hoc vetuit pietas, pariterq; amorem arcuit illud.
Cumq; etiam mecum cœpissem euoluere factum
Hoc atrox, nullam cœlestia numina cædem,
Seu facinus suadent: ergò impia iussa fuerunt
Hæc, dixi, vxorem quæ me iussere necare,
Aut fugere in varias parteis, terrasq; remotas;
Abstinuiq; manus, sæuumq; fuisse putaui
Luciferum, qui iussa tulit, me vt perderet altè,
Atque iterum in lachrymas compelleret ire, perirem
Dum penitus, penitusq; Deum ad noua bella mouerē.
Uxori quoque visus erat, referebat & omnem
Diuinæ effigiem mentis, monstrauit & ipsum
Deseruisse virum media sub nocte silentem
Uxorem, & tacito penitus liquisse sub antro.

Illa velut crimen sensisset, porrigit ambas
Mœsta manus, lectumq́; torumq́; requirit, & altas
Emittit voceis, & questubus aera complet.
Ungue genas lacerat, plangit sua pectora palmis,
Perstringitq́; comam digitis, atque ordine nullo
Clamat, Adam; clamabat, Adã, mœstissima cõiux.
Multaq́; dicebat, nostram quæ casibus illis
Perfidiam arguerent, & iniqui coniugis ausum.
Multa quoque infelix toleraui mente benigna,
Dum iam iam vxori primi natalis adesset
Progeniti, & decimum premeretur sydere signum.
Tendebat grauitas vterum, & quod ventre ferebat,
Tantum erat, vt posses sceleratum inferre Cainum
Ponderis esse animam: nec iam tolerare labores
Ulteriùs poterat; pars est meminisse doloris.
Per septem nocteis, totidem cruciata diebus,
Fessa erat illa malis; tandemq́; ad luminis auras
Edidit infantem, potiturq́; puerpera voto.
Solliciti fuimus nimiùm, nimiumq́; fideles
In nati auxilijs; faciebant cuncta timorem.
Cum tamen ille suæ tetigit robusta iuuentæ
Fundamenta, suum fratrem, partuq́; secundo
Progenitum, & fidei studiosum, & pacis, & æqui,
Enecat, & miseros genitores reddidit orbes.
Nos tantum nati facinus, lethumq́; nefandum
Alterius nati semper lachrymare coegit.
Iustus Abel fuit; & profugus percensuit orbem

Cri-

Criminibus tantis actus, stimulisq; Cainus.
Sed quid non tulimus? quid non perpessus vterq;?
Venimus huc tandem; iusti venere nepotes
Sanguine progeniti nostro; & permansimus annos
Innumeros cæca terræ caligine mersi.
Quod volo, vult omnis numerus, quem terra coercet;
Matres, atque viri clamoribus vndiq; crebris
Hoc poscunt, funduntq; preces, & carmina dicunt.
Optime nos ergò Pater his nigrantibus vmbris
Tolle procul; caueis reuoca ad cælestia tandem
Regna tuos patres, finemq; impone tenebris.
Dixerat hæc Adam, studijsq; fauentibus omnes
Assensere patres, & vocibus alta rogarunt
Iussa Dei, & celeri redimendum è carcere cæco
Humanum dixere genus, sanctosq; parentes.
Desuper irrorent cæli, veniatq; supremus,
Dicebant, Iustus pluuijs, tellusq; dehiscat,
Visceribusq; suis promat Sotera potentem;
Assiduisq; illud votis, precibusq; petebant
Innumeris, semperq; impensiùs ista rogabant.
Interea Satanas carpebat cuncta veneno,
Et cælum, terrasq; omneis Phlegetontides lympha
Spargebat, cæliq; aditum auertebat, & atri
Tartareas Ditis valuas latè esse patenteis
Iusserat, inferni vt ditesceret aula Tyranni;
Accenditq; faceis varias, cæcosq; tumultus
Excitat, & varias stimulis exasperat iras;

Isa. c. 45. Lact. Firm. de ver. relig. lib. 4. c. 12. D. Aug. de quinque hæres. c. 4. & de Natiui. Ser. 9. & Io. Chryso. hom. in Psal. 71. & Ioseph. Acost. de Christo reuela. lib. 5. c. 1.

Irá homines homines armat, ducibusq́; ministrat
Telorum genera, & reges impellit ad arma,
Ut nece matura nullum pensare timorem
Mente queant, cæco sed demergantur Auerno.
Nec dum contentus, propria quòd fraude parentes
Sedibus in priscis violarint dente prophano
Impositas leges, quódq; illo sanguine cretus
Frater in alterius surrexerit ocia fratris;
Quód quoque decreuit mundum confundere bello,
Et sæuos inferre metus, irasq́;, minasq;.
Accensisq́; animis reges miscere superbos,
Augeat vt regnum, & cælis auertat, & astris
Humanum genus, & damnum reparabile nulla
Arte sit, & vacuum penitus despectet Olympum.
Gen. c. 14. *Hic Elamitarum regem succendit ad arma,*
Cumq́; suis socijs aduersus quinque Tyrannos
Euocat, & multo pugnantum sanguine fœdat,
Victoremq́; facit; certo sed maximus Abram
Euicit gladio, fratremq́; ex hoste redemit.
Gen. c. 34. *Iste Sichem Dina raptum persuasit, vt altum*
Imperium rueret, fratresq; immaniter ipse
Exciperet pater, & verbis agitaret iniquis.
Exod. c. 5. vsq; ad, 15. *Hinc Pharao Mosen Solyma cum gente proternis*
Turbauit manibus, belloq; oppressit, & armis,
Captiuumq́; habuit, gladio dum perdidit æquo
Sydereus iuuenis; tandemq; immersit aquarum
Montibus Omnipotẽs, populumq́; est vltus iniquum.
Hic

Hic sæuis bellis Amalec ad prælia mouit — Exod.c.17.
In Mosen, Iosuemq; ducem; sed bella, necesq;
In belli auctorem penitus conuersa fuerunt.
Hic quoque persuasit Solymis, vt inauribus aureis — Ibid.c.32.
Assumptis vitulum facerent, colerentq; per aras,
Monte sub aerio dum Moses verba notaret
Sancta Dei, legumq; simul documenta referret.
Hinc Maria stimulis commota, & frater Aaron — Num.c.12.
In Mosen varijs agitabant murmura verbis,
Hinc quoque turbati præter Iosuenq;, Calebq; — Num.c.14.
Pugnabant Solymi contra præcepta Tonantis.
Hic quoq; prægrauibus stimulis Dathan, & Abiron — Num.c.16.
Impulit, & populum secum, vt tum fortè coactus
Omnipotens Genitor multos demiserit orco.
Hic quoque persuasit Cananæo, vt bella moueret — Num.c.21.
Aduersus Solymos, vrbemq; euerteret ipsam.
Huius & auspicijs Ogus de stirpe Gigantum — Deut.c. 3.
Militibus lectis vastæ è regionibus Argob
Iuit in aduersos Solymos. Sic inter & Arnon,
Atque Hermon reges plures mouere minaci — Ibid.c.12.
Pectore militiam, quamuis intra arua fuissent.
His etiam furijs actus vesanus Adonis — Iudic.c.1.
Innumeros circum reges, manuumq;, pedumq;
Partibus extremis ferri molimine truncis,
Sub mensa statuit, mensæ qui frusta superbæ
Colligerent, colerentq; suum pro numine regem.
Et Solymi genteis sociarunt fortibus armis; — Ibid.c.5.

Ibid. c.6. & 7. *Et Median genteis præssit, populumq; fidelem,*
Vellere dum signum datur, atque euertitur ara.
Ibid. c.8. & 9. *Sic Ephra insurgit; sic Abimelechus amaro*
Occidit fratres ferro, sed fragmine molæ
Deperit, & sceleris præbet documenta nefandi.
1. reg. c.4. *Hocq; Philisthæus bellum tulit auspice contra*
Inuictum populum, & pro aris pugnauit, & Arca;
Sæpius & bellum repetit, quia victor abibat
Sæpiús, & Phineus cadit, & cadit impiger Ophnus.
1. reg. c.12. *Sic Naas bellum cepit; sic arsit iniquis*
1. reg. c. 18. & 19. *Saul furijs, regem vt suffectum morte necaret;*
1. reg. c.22. *Atque Sacerdotes inopina morte peremit.*
2. reg. c.2. *Hic quoque post vnctum Dauid commouit ad arma*
Syriacam gentem, ac ad prælia multa coegit.
2. reg. c.10. *His Hamnon studijs bello, verbisq; superbis*
Affecit Solymos; Dauidq; oppresserat æstrum
2. reg. c.11. *Coniugis Vriæ, atque in cæcum crimen adegit;*
Vriamq; ducem in primas certaminis iras
Impulit, vt pugnans caderet sub fortibus armis.
2. reg. c. 20. *Mouit, & hinc Sibam, vt populi rumore secundo*
3. reg c.11. *Ferueret, & cæcum Salomonem ad crimina fecit.*
3. reg. c.14. *Actus & his animis Sesac venerabile templum*
Excelsis regum spolijs, & diuite censu
Priuauit; votoq; pari regnauit Abias,
3. reg. c.15.16 19. & 21. *Baasasq; ferus, nec non ter pessimus Ela,*
Et Zambri, atq; Amri, et scelerum ditissimus Achab,
Pessima cui coniux scelerato contigit ortu,

Et

Et peior factis, sanctisq́ inimica prophetis;
Sed luit hæc pœnas, dum præcipitata fenestra 4.reg.c.9.
Præda fuit canibus, morsu lacerata nefando.
Impius & Masa superúm contemptor, & acti 4.reg.c.3.
Fœderis, in Solymos vires eduxit, & arma.
His etiam stimulis motus rex impius Achaz 4.reg.c.16.
Assyrij regis verbis Idola recepit.
Sic quoque iam Solymum regem, populumq́ fidelem 4.reg.c.1
Assyrius ductor probris vexauit, & armis.
Rabsacus ipse etiam scelerum pater impius ora 4.reg. c.18.& 19.
Hoc animo quondam in Solymosq́, Deumq́ resoluit.
Sic quoque Manasses quondam regnauit, & Amon 4.reg.c. 20.& 21.
Filius in Solymis, quamuis exempla supersint
Inmanis sceleris, monumentaq́ plurima rerum.
Quid loquar hic etiã, quàm vano errore Tyrannus
Humani generis stygijs admouerit vmbris
Externas genteis, & ad imum duxerit Orcum?
Et ferro occumbens casto traiecta cruore
Fœdauit patrios moriens Lucretia vultus.
Et, qui phyltra bibit nimio correptus amore,
Mox ferro occubuit, totis Lucretius oris
Cognitus: & gladio se fodit Brutus iniquo.
Et tu magne Cato, & Cassi, & Cleopatra nefandis
Corructis manibus; tecumq́ Antonius ipse
Morte cadit, Nilusq́ illum post facta recepit.
Asdrubal ipse etiam tali olim percitus oestro
Venit ab extremis Maurorum finibus, ipsum

Ut

Ut fratrem augeret, qui tum vastabat amatum
Imperium, vt tandem Carthaginis adderet arci.
Obfuit & Pœno miles, spectataq; virtus
Æneadum, geminiq; duces, duo fulmina belli.
Metaurus. *Testatur factum sublimi in colle Metaurus,*
Ostentatq; Ducis tumulum, multoq; cruore
Sparsit aquas, retinentq; atrum de cæde colorem.
Mille neceis, cædeisq; alias, fraudeisq; dolosq;
His vobis possem numeris, & carmine magno
Ordiri, & plenis annalibus ore referre,
Quos Satanæ vafra ingluuies, fœdumq; malignis
Mentibus ingenium toto pertexuit orbe.
Hic quoque Romulidas nuper dextrasq; prophanas
In caput armauit diuini Cæsaris. Atque
Profuit haud quicquam Pharsalia regna, ferosq;
Æmathios vicisse manu, sæuosq; Philippos,
Atque omnem Ægyptum populo adiecisse Quirini.
Quid quoq; barbariem genteisq; in vtroque iacenteis
Vicisse Oceano? Quodcunq; habitabile tellus,
Et quodcunque habuit pelagus, seruiuerat illi.
Pace data terris, animum ad ciuilia vertit
Iura suum, legesq; tulit iustissimus auctor;
Exemploq; suo ciues augebat, & vrbem.
Suet. in Cæs. cap. 82. *Sederat in templo Cæsar, circumq; sedebant*
Romulidæ, vt sanctum legerent de more senatum;
Vndiq; se promunt gladij, Cimbrumq; secuti
Adsunt mille viri, & dantem iam vulnera Cascam

Mille

Mille iuuant hominum studia, & sinè mente senatus
Hoc tolerat facinus, nec ad impia facta mouetur.
Mille feros ictus virtute euincit, & arte,
Depugnatq; diu; sed iam transfossus iniquo
Vulnere, vbi ter septem, atque vno interritus esset,
Concidit, ac vitam multo cum sanguine fudit.

Libri Quarti Finis.

SOTERIDOS
Libri Quinti
ARGVMENTVM.

COELICOLAS Pater Omnipotens ad regia cæli
Tecta vocat, Satanæq; arteis, fraudesq;, dolosq;
Explicat, & Christum terrena mole grauatum
Morte redempturum mortalia corda, sed inde
Perpetuo Satanam vincturum carcere narrat.
Iustitia his obstat, luat vt sua pessimus auctor
Crimina; sed Pietas orat pro supplice Patrem
Humano genere, & poscit sine fine salutem.

SEBASTIANI MACCII DVRANTINI SOTERIDOS

Liber Quintus.

TANTVM autem imperium, et tantùm vesania creuit
Audacis Satanæ, vt se iam pro numine terris,
Proq; Deo miseris mortalibus esse probaret.
Corda hominum mouit, facerent, vt spectra, Deosq;
Ex solido gentes auro, cultumq; pudicum
Desererent penitus, lateq; Idola per aras
Ignibus assiduis, & multo thure calerent.
Imò etiam tenuit tantis erroribus olim
Humanas genteis, vt prompta oracula mundo
Redderet, & latè obscura, & ventura vicissim
Panderet, & cæcis eluderet artibus omneis.
Hinc Cares habuere Iouem, qui Hoplosmius illis

Arist. de part. animal. lib. 3. cap. 10.

Di-

SOTERIDOS
Libri Quinti
ARGVMENTVM.

COELICOLAS Pater Omnipotens ad regia cæli
Tecta vocat, Satanæq́; arteis, fraudesq́; dolosq́;
Explicat, & Christum terrena mole grauatum
Morte redempturum mortalia corda, sed inde
Perpetuo Satanam vincturum carcere narrat.
Iustitia his obstat, luat vt sua pessimus auctor
Crimina; sed Pietas orat pro supplice Patrem
Humano genere, & poscit sine fine salutem.

EBASTIANI MACCII DVRANTINI SOTERIDOS

Liber Quintus.

TANTVM autem imperium, et tantùm vesania creuit
Audacis Satanæ, vt se iam pro numine terris,
Proq; Deo miseris mortalibus esse probaret.
Corda hominum mouit, facerent, vt spectra, Deosq;
Ex solido gentes auro, cultumq; pudicum
Desererent penitus, lateq; Idola per aras
Ignibus assiduis, & multo thure calerent.
Imó etiam tenuit tantis erroribus olim
Humanas genteis, vt prompta oracula mundo
Redderet, & late obscura, & ventura vicissim
Panderet, & cæcis eluderet artibus omneis.
Hinc Cares habuere Iouem, qui Hoplosmius illis

Arist. de part. animal. lib. 3. cap. 10.

Di-

Dicitur; & non tantùm oracula reddidit alta
Voce canens, sed trunca suo de vertice fecit
Colla loqui, & patuit scelerati criminis auctor
Cercidus, vnde necem tulerat paullò antè Sacerdos.
Hic quoque rex auium cœpit seruare volatum,
Auguriumq́; dedit, totumq́; immisit in orbem.
Creta Iouem coluit, Thebæ coluere, columq́; — Natalis Com. Mythol. lib. 2. cap. 1.
Arcades, & coluit Messeni à nobilis ortu.
Mille alij tenuere Iouem pro numine summo,
Cui mens, cui virtus esset, cui summa potestas.
Mille locis oracla dedit: Dodona fatetur, — Idem. lib. 6. cap. 12.
Quercus vbi varios sermones protulit olim;
Deinde Triron cecinit, cecinitq́; Peristera, & ipsæ
Numinis admonitu tandem cecinere Columbæ,
Elusitq́; diu genteis Deus ipse Molossus.
Mouerat & Satanas genteis, vt Apollinis ora — Idem lib. 4. cap. 10.
Fatidici s rentur numeris, rebusq́; futuris
Plena diu, & varijs responsis ludere quiuit.
Et modo Grynæus, Clarius modo, Delius, atque
Tymbræus, Lyciusq́; fuit, Pataræus, Abæus,
Pythius, Admetus, nec non cui Delphica tellus,
Et Tenedos, Carnisq́; dedit de lege tributum.
Cætera quid referam? tenuit quoque Cycladas inter
Instabilem Delon, totiq́; innotuit orbi.
Sed Delphis arcana dedit, responsaq́; claris
Vocibus, & mundo diuina oracula fecit. — Iamblic. Se-gra. 3. cap. 11.
Nam tripode in sacro residens lustratus ab igni

Intra

Intra antrum responsa refert, speluncaq; multo
Lumine completur, venturaq; fata resoluit.
Siuè etiam vndarum vates tum percipit haustum
Nocte sub obscura, & ventura oracula pandit.
Hic quoque Testoridem stimulis agitauit, & oestro,
Vt caneret sorteis hominum, sed lusit iniquis
Vocibus hunc Mopsus, nec Calchas extitit vltra.
Hic sacros Bromio ritus, & Apollinis aras
Instituit, Cereriq; dedit lectissima sacra;
Latonæ, natæq; dies, Veneriq; dicauit
Solemneis ludos, & fecit sacra Mineruæ.
Iunoniq; Samum, & largo Curetas ab imbri
Progenitos, altasq; dedit Carthaginis arceis,
Præposuitq; toris, & dignam numine fecit;
Amphythryoniademq; suo donauit honore.
Diuinas etiam fruges Martiq;, Iouiq;,
Saturnoq; suo, & Maiæ cum prole cremauit.
Mille Deos alios totum vulgauit in orbem,
Et Genijs, laribusq; suis, Vestæq;, sibiq;
Mille dedit cultus Satanas, statuitq; penateis
Esse Deos magnos, & numinis ora referre.
Quin etiã Eumenides, Hecatemq;, & lucis Auernæ
Plutonem fecit regem, regemq; vocauit.
Ipse Acheron Deus est factus, Stygiæq; paludis
Styx custos, secumq; fuit Cocytus honore
Affectus Superûm, nec Cerberus abfuit, atque
Terribili squallore Charon, Parcæq; sorores.

Nat Comit. Mythol lib. 4. cap. 10.

Et quamuis fessos Rhadamanthon, & Aeacon annis
Cerneret, arbitrium tamen, & durissima regna
Cum Minoe suo tribuit, tenebrasq; necemq;
Esse Deas voluit, saeuamq; adiecit Erymnim.
Silenum, et Pana, et Syluanum, & mentis Adonim
Nullius, magnamq; Palem per rura reliquit.
Imò etiam Satanas varijs animantia formis
Imposuit caelo, vt scelerum exaugeret aceruos,
Humanoq; illas cultu, & furialibus ausis
Imbuit, atque aris genti dedit esse colendas.
Pro scelus, heu facinus! Quis nescit qualia demens
Aegyptus portenta colat? Quae monstra, ferasq;
Duxerit è syluis, sanctasq; vocarit ad aras?
Et violare nefas ducunt, ac frangere morsu
Arbuteos foetus, & vilia poma per agros.
O vanas genteis, quibus haec nascuntur in hortis
Numina, nec caelis meliora abducere curant.
Hinc quoque iam tellus fata est, aetherq; chaosq;
Aequoraq;, & campi, Rhodopeiaq; saxa, nemusq;
Obscaeniq; canes, importunaeq; volucres
Saepius auditae, & tremuerunt motibus Alpes.
Vox quoque per lucos vulgò exaudita silenteis
Saepiùs, & caelum dum inuolueret vmbra, polumq;
Visa locis multis simulachra ingentia mortis;
Ruricolaeq; boues passim, pecudesq; locutae.
Mittit & ad caelum varias imitantia formas
Somnia, nec quicquam veri sub imagine tanta.

Por-

Portendunt, hominum sed agunt in crimina menteis.
Morpheus hinc oritur, quo non solertiùs alter
Exprimit incessus, vultumque, sonumque loquendi,
Adijcit & vesteis, & consuetissima verba.
Hinc Icelos varius (dixere Phobetora vulgò)
Fit fera, fit volucris, fit longo corpore serpens.
Phantasos ipse etiam lucis demissus Auernis
Vertitur in terram, saxumque, vndamque, trabemque,
Quaeque vacant anima, fallaciter omnia sumit.
Utque magis fallat, capiatque erroribus imis
Diuinam esse illis virtutem, & numina fingit.
Asserit atque etiam placidi sub imagine somni,
Esse Deum, & varijs conatur ludere formis.
Vos quoque delusit quondam, Solymosque prioreis
Impleuit vanis erroribus; vnde repentè
In falsos cultus, & inania numina lapsi
Destituere Deum, Satanae fallacibus armis,
Decepti, & turpeis stulti fecere choreas.
His Balaam motus studijs, Satanaeque tumultu — Num.c.22.& Iof.cap. 13.
Multa olim cecinit, quae falsa insomnia tandem
Cognita sunt vestris maioribus esse per astum
Dictae illis, paribusque Baal feruoribus actus — Num.cap.22.
Insanos docuit cultus, caecumque furorem.
Et mulier quondam, quae Pythonissa vocatur, — 1.Reg.c.28.
Imbuta est Satanae furijs, scelerumque cateruis
Pluribus, & tandem mentitis ignibus arsit,
Mille alij hoc falso indicio, cumuloque malorum

Inducti rabiem in Solymos fudere prioreis.
3.reg.cap.18. *In sacrum Eliam, vatem sine crimine, mille*
Ore nimis Stygio nigrum fudere venenum;
Ille sed auxilium supremi numinis orans
Expulit in Cison, stravitq; ex tempore cunctos.
In peius ruere, ac retrò sublapsa referri
Omnia; proq; auro, & scelere imperterrita turba
Pugnabat, nullumq; Deum, nisi crimen, habebat
Mundus inops & erat non hospes ab hospite tutus,
Non Soter à genero; non fratrem frater amabat;
Non patrem natus, non coniux saeua maritum.
Fas nullum, nullumq; nefas discrimen habebant,
Sanguine turgescunt colles: qui robore praestant,
Disponunt sua vota: volunt pro lege, quod optant.
Victa erat & pietas, totumq; invaserat orbem
Saeuities, superûmq; grauis contemptus, & irae,
Et scelus, & fraudes, & iniqui gloria cultus.
Conatusq; fuit totum peruertere mundum
Funditus, & menteis caecis comprendere morbis,
Ut caelis homines auerteret inuidus, atque
Tartareas mundi tenebras cumularet honore:
Hinc scelus, & facinus disseminat; vndiq; nectit
Discordeis animos, & pugnae accendit amorem.
Deserit intactum nihil; & nihil ipse veretur,
Quod queat immensas aperire ad crimina fauceis,
Claudat & his vitijs aditum Omnipotentis Olympi.
Talia per mundum; quae maximus auctor ab alto
Cuncta

...sta videt, cordisq; dolore impellitur intus,
...leat ut scelerum formas, gentiq; salutem
...fferat humanæ, Satanæq; coerceat iras,
...premat, & merito iandudum carcere damnet,
...centum pressus vinclis, centumq; catenis
...t ferox, stygio nunquam exeat horridus Orco.
...st locus insuperis, Macareutycha nomine dicunt,
...ra anni solisq; vias supra æthera, & igneis,
...ecima cæli positus regione supremi.
...ic Deus est semper, semper despectat & imam
...inc terram, & dextra moderatur facta virorum.
...c Pater est princeps, Natusq; Secundus, & inde
...diuinus Amor, sed non tria numina, sed sunt
...num omnes, natura eadem; Deus vnus, & idem,
...s eadem, & probitas, eadem sapientia, quamuis
...ncta Pater possit, cognoscat & omnia Natus,
...Nati, & genitoris Amor conglutinet orbem,
...nc quoque despexit picea caligine mundum
...mersum penitus, penitusq; in Tartara trudi,
...ferat auxilium, & mersis sua numina præsto
...t rebus, menteisq; leuent erroribus altis,
...os Satanas circum posuit mortalibus ægris.
...ēlicolas raptim huc vocat, vt diuina potentis
...nsa animi referas, quæq; vrgent, ordine narret.
...ntinus eccè adsunt decies centena virorum
...illia, quotq; olim nunquam perspecta fuerunt
...riaces intra muros seu collibus amplis

Gen.c. 6.

A voce Græca μακαρ, & Ε'υθύς, quod est beatitudinis rectitudo.

Gentis Iudææ; tot non habet agmina mundus.
Ductores primi veniunt, vt iussa facessant
Imperia, & sanctos intrant per strata penateis.
Cuique duci paret legio; Seraphim a primos
Protendit gressus, alis circundata senis;
Atque Alis totidem sequitur Cherubinius ordo.
Deinde Throni subeunt, Dominiq; subinde sequuntur,
Et qui Principium seruant, procul esse recusant.
Inde Potestates properant, atque agmina ducunt
Plurima Virtutes; veniunt Archangelus, atque
Angelus, atque suos gaudent deducere cœtus.
Procedit extemplò ingenua, & discrimine nullo
Sydereus Iuuenum cœtus reuerenter adorant
Supremum cœli regem, qui Trinus, & Vnus,
Cuique mare, & tellus, cui lucida sydera parent.
Celsior ipse loco, sceptroq; innixus eburno,
Augusta grauitate sedet; circumq; repentè
Cælicolæ sedere omnes, intentaq; dictis
Ora, animosq; tenent; tum farier incipit ipse,
Omnipotens Genitor, & talibus ora resoluit.
Cælicolæ ò magni, nobis dilecta propago,
Et qui olim à nobis primordia vestra tulistis,
Maxima res vrget, ter maxima; proinde cogi
Vos modò, vt humanæ mentes quæ nocte premantur,
Intentis oculis cernatis, quodq; paraui
Illis auxilium, cæco vt redimantur ab Orco,
Et vacuas sedes, quas Lucifer ante tenebat

Cum

n scelerum socÿs, vobiscum explere laborent.
cifer vt cælo sua per molimina pulsus
itit, audaci potuit quà pectore, genteis
pulit humanas nostrum postponere numen,
uertitq; omneis cælo per crimina mille,
ille per insidias, & ad impia Tartara trudit.
tra quoque audebit, patiar si credulus vltra
torù immaneis animos, cæcumq; furorem.
rgeret & crimen, quod erit reparabile nullo
pplicio, totum flammis nisi pluribus orbem
damus late; sed erit tum mundus ab igne
dendus penitus, sedes cùm expleuerit omneis
manum genus, & dederit socia agmina vobis.
antas etiam cladeis, pesteisq; furoris,
que immane nefas homines perduxit, vt orbem
uere vndarum fuerit tum forte necesse
ntibus in-; vno genteis seruauimus omneis.
t modò non eadem facienda, nec ignibus orbis
dendus nobis, maiora sed vndiq; mundus
pectat sanctiq; patres, quos terra coercet
nebris precibus poscunt sine fine solutis;
solum restat; valet hoc afferre salutem
nano generi; sunt cætera inania; prorsus
atus; alÿ nequeunt reparare ruinam
uræ humanæ, & cælo reuocare parato.
e sint hæc, vobis paucis, aduertite, dicam.
ego ab æternis genui sine semine natum

Temporibus, tribuisq; illi virtutis honorem.
Filius est nobis est nostræ mentis imago,
Et Verbũ, mediusq; patrem inter, & inter Amorẽ.
Nostra quoque est Virtus, nostra est sapientia, nobis
Æqualis, nostrumq; decus sine crimine pulchrum:
Vos quoque sic colitis, talem sic esse tenetis.
Deseret hic iam iam solium stellantis Olympi.
Naturamq; hominum capiet de Virgine sancta,
Quam mihi constitui, mundiq; ab origine legi
Ad tantum facinus generoso ex stipite regum.
Hoc diuinus Amor, quem nostrum spirat vterq;,
Condet opus: nec enim sacratæ Virginis vnquam
Læduntur claustra, & matrem mirabitur orbis
Illius esse tamen: matrem mirabitur orbis.
Paupere sub tecto nascetur, & ibit ad vndas
Niliacas raptim, vt fugiat fera iussa Tyranni.
Differet a nobis, vt imagine præditus ibit
Mortali: atque hominum vultu distabit ab ipso.
Vt Deus existet: Deus esse videbitur illis
Interdum, interdum mortalis habebitur illis,
Non ipse hoc peragam, quoniam me dedecet esse
Humanum patrem, cum sim Deus, & pater idem.
Non Amor hoc faciet, nè fili nomen, honosq;
In plureis alios mutato numine tendat.
Sed faciet natus, nato ceu conuenit ipsi;
Quem quoque primores fœlici in sede parentes
Læserunt, Satanas dum suasis voce futuros

D.Tho. sen. lib. 3. dis. 1. de Assump. carnem. art. 2. & 3. par. sum. q. 3. artic. 8 & Rayn. Pisan. in summ. Pan. theol. in verb. Incarnatio. c. 26.

Dijs

ijs similesu, rerumq; habituros nomina mille.
Ise homines ergò nostros reuocabit ad oras.
Talia feret, facietq; puer, sed fortior aetas
im primum existet, tolerabit plurima turba
opprobria, & tandem populi vesana libido
Affigetq; Cruci, & crudeli morte necabit.
ertia sed postquàm lux venerit, impiger ille
xsurget tumulo, & vinclis, saeuisq; catenis
inciet immanem Satanam, & reuocabit ab Orco
Ad superos praedam ingentem, Sanctosq; parentem
ivabit tenebris, summoq; reducet Olympo:
nstituetq; homines sub religionis honore
erpetuo, vitamq; dabit, vitaeq; salutem
fferet humano generi. Haec sententia nobis
rma manet; nostra est haec haud incerta voluntas.
Haec ait Omnipotens, quae filius omnia raptim
Approbat, & pleno consensu retulit istud
sse suum munus, patrisq; ad iussa paratum
fore continuò. Mandaret, & addidit inde
ostremu verbis, mersos nè ad regna beata
ardaret reuocare viros, vt parceret illi.
Caetera turba probat tantae pietatis Amorem
genus humanum, & facti nouitate recenset,
uantum homines illi debebunt, quamq; futurum
tempus faciles fient virtutis honores.
Abnuit vna tamen saeuis expulsa flagellis
ustitia è mundo, & si talia facta fatetur

Paßurum nunquã, & quò ardentiùs ante Tonantem
Istud agat, sedem linquit, paßisq; capillis,
Sanguineamq; gerens chlamyde, gladiumq; nitentem,
Terribileisq; oculos, rabieq; accensa, minisq;
Constitit ante Deum, & reuerenter talibus vsa est.
Ergo parcetur scelerum per crimina mille,
Mille per absceßus, & iniqua peste subacto
Humano generi? parcetur? & vnde locorum
Iustitiæq;, meiq; vigor post talia vires
Desument, nostrum si tu violare rigorem
Sic tentas? Maneat nostra intemerata potestas,
Infractæ vires, & honos seruetur ad imum,
Vt viguit semper primis intactus ab annis.
Si scelus antiquum tanto feruore ruinæ
Punisti, vt primi fuerint de sede parentes
Expulsi, & miseras demißus vterq; per oras;
Sic quoque sub pelago mersisti, & pluribus vndis
Auctores scelerum, vt superesset vix pater vnus;
Si innumeros populos effuso sanguine sæpè,
Sæpè etiam viuos potuisti mergere ponto
Vnius ob noxam, & furias Pharaonis iniqui,
Igne vel immensas delesti funditùs vrbeis;
Ipse modò ignosces genti, quæ immane malorum
Dedecus admisit? nec enim reperire valebit
Quisquam vnum, turpi qui non sit crimine vitæ
Infectus, quos habet mundus per regna, per vrbeis,
Perq; agros homines, tot habet discrimine nullo

Imma-

mmaneis Satanas. Mundi in regione beata
Abste olim positus, leges violauit iniquo
mente sacras, propriumq; scelus conuertit in ipsam
xorem, scelerisq; auctorem retulit illa
rpentem: & facinus defendit vterq; nefandum.
suasit serpens, non impulit: illius ergò
st error, culpaq; fuit turpissimus auctor.
iber erat, nulliq; fuit subiecta voluntas,
ec poterat cogi, vt mandatum frangeret, atque
vetitas leges vesano irrumperet ore.
Audaceis hinc cerne animos, hinc perspice votum
fandum, & plenam scelerato pectore mentem.
uæ venia, aut qui pacis amor tribuetur iniquo
uctori scelerum, veniam qui, aut pacis amorem
xpetijt nunquam, sæui nec criminis, vllum
eccandiuè modum fecit? grauioraq; semper
dmittunt homines, similesq; parentibus omnes
peiora ruunt, nec habent in crimine finem.
litte tuum Natum; nec Nati numen habebunt
umine pro vero. Consurgent vndiq; gentes
numeræ in Natum, & crudeli morte necabunt.
numerisq; hominum cœtus sua iura, modumq;
pè recusabit, multiq; haud credere quibunt
sse hominem, atq; Deum, sancta seu Virgine natũ,
lapsum è superis, & erit, qui respuet illum.
le homines, iam dele homines, Pater optime; et orbẽ
l is scelerum expurga vitijs: fac ocyus alio
Fulmi-

Fulmina detrudas cælo, & memor omnia perdas.
Siue etiam sub aquis mortaleis obrue cunctos;
Vel mitte aligeros iuuenes, gladiosq; nitenteis,
Qui gestent manibus, sceleratasq; pectora ferro
Prosternant, totumq; inuertant ensibus orbem.
Namq; iterum formabis humo noua semina gentis,
Quæ sanctum, rectumq; colant, & numina seruent.
Quid quoque cum mundo nato est commune? quid illi
Est nunc pro mundo tanta pietate ferendum?
Non meruit quicquam, sceleri nec debita debet
Supplicia, & pœnas pro mundo ferre nefando,
Qui scelus, & culpam nunquam cognouit, & in quo
Sunt omnes rerum thesauri, & præmia vitæ.
Ipse auctor culpæ meritas det sanguine pœnas,
Vt iusti, sanctiq; simul seruetur, & æqui
Debita relligio, & rerum spectabilis ordo.
Nunc tibi, si recte hoc recolis, si cuncta rependis,
Si nihil æternam mentem nunc præterit, omne
Perdendum est mortale genus, nè crimen inultum,
Nè scelus admissum, facto reparabile nullo,
Absque sua maneat pœna: immedicabile vulnus
Ense recidendum est, nè pars syncera trahatur.
Sit tibi cura mei: facias, quòd criminis auctor
Det meritas pœnas, & præmia debita portet.
Hoc posco, ne noster honos, infractaue cedat
Fama loco, nullusq; Deus sit gentibus; & iam
Te auctorem rerum non inficientur, & omni

Inse-

nfectæ vitio gentes non amplius aris
hura superponant, nec sanctum numen adorent:
Hoc solùm exposco, sola hæc te cura fatiget.
Talia vix dederat dictis iustissima Virgo;
um Pietas, incincta caput, flauosq; capillos
œlicis ramis oleæ, dextraq; virentem
rætendens ramum, & Palla succincta nitenti,
Et flammis circumpositis, quarum vna corusco
capite effertur ferti sursum inter honorem,
t manibus passis, oculisq; nitentibus, atque
ubsidio alarum penitus suffulta, mouetur
Extemplò è solio, & spatio in medio antè Tonantem,
Inde abijt Virgo, cui contigit antè profari,
onstitit, & tali sermone silentia rupit;
Non ego pro mundi scelere, & pro immanibus ausis,
Non pro Lucifero, quem nunquam pœnitet iræ,
Pronè suis socijs, quorum me dedecet vsus
Hic, Pater Omnipotens, adsum sed vota, precesq;
Humani generis, sceleris quod pœnitet ausi,
Te coram hoc tanto me fungi munere cogunt.
Et licet ad nostrum spectet pietatis amorem
Tractare has caussas, miserisq; exquirere pacem,
Haud tamen hæc nobis fiducia tanta fuisset,
Vt veniam expeterem, nisi me tua certa voluntas,
Et dolor ex culpa, quo homines cruciantur amarùm,
Mouisset penitus, penitusq; ad tanta dedisset
Munera consilium, & vires fecisset agendi.

Nec

Nec me dicta mouent, quæ nuper rettulit ipsa
Iustitia, & rigida quòd mundum fronte gubernet
Interdum, arbitrioq; suo peruertat amorem;
Nam caussam, litemq; agimus, nostrasq; querellas
Ante Deum, coramq; pio cum iudice tracto;
Proq; reo loquimur, veniam qui poscere supplex
Haud renuit, requiemq; petit, finemq; malorum;
Nec renuit quicquam, veniam dum ad tecta reportet
Admissi, videatq; Deum posuisse perenne
Excidium, & tandem reuocare ad regna beata.
Haud vnquam fieri meruit, qui primus honorem
Ante alios habuit; quid enim meruisse videtur
Qui non antè fuit? tua sed clementia duxit
Aetheream in lucem, posuitq; sub æthere primum
In terris: pietas iterum, & clementia tanto
Subleuet à lapsu, atque hominem tua gratia seruet.
Lucifer & cecidit, Superùm cecidere phalanges,
Eq; choro nostro multi cecidere, nec alto
Abfuit à scelere, & fœdato corde iuuentus
Virginis Astrææ; cecidit quoque classis ab illa.
Multaq; perpessus vix tandem sedibus altis
Expulit, & mundi cæcas detrusit in oras
Sydereus iuuenis trepidantibus horridus armis.
Tartareum regem nihil impulit; attamen alto
Excidit; & poteras penitus delere nefandi
Auctorem sceleris, nomenq; extinguere factis.
Pro pietate tamen, sancto pro pectore, quo tu,
Omni-

Omnipotens Genitor, polles, contentus in imas
Demissum tenebras, non vltra es crimina gentis
Ultus atrox; non vltra animos ad fœda relatu
Procliueis, pœnis es pluribus ipse secutus.
Et quas non meruit pœnas cum gente superba
Lucifer, æqualem dum se tibi in æthere fecit?
Et cecidit mortalis homo submotus ab ipso
Lucifero, & sæui superatus fraude Tyranni.
Tartareum regem primi mouere parentes
Haud vnquam, scelerisq; sui haud habuere timorem.
Non regem vmbrarum, colubrum sed rura per alta
Tendere rebantur: coluber pulcherrimus ille
Esse videbatur: latuit tum lucifer illis.
Est etiam secum verbis affatus amicis,
Persuasitq; bonum. Et quis falsa putasset in illis
Sedibus efferri, tantumq; furore nefando
Posse ferum Satanam, vt mẽteis tum falleret æquas?
Quis labor est etiam facilem superare puellam,
Cui nondum fraudes, nondum temerarius error
Notus adest? pectusq; illi mutabile nullis
Est curis, solùm sed simplicitatis honorem
Æstimat, atque animus nullis ambagibus errat?
Egregiam certè laudem, & spolia ampla sub Orcum
Retulit ex facto. Est magnum, & memorabile nomẽ,
Vna dolo sæui si fœmina victa Tyranni est.
Ipse autem coniux, nè contristaret amatam
Uxorem, excepit manibus mirabile pomum.

Nec

Nec fuit antè ausus vesci, quàm sensit amico
Persuasisse animo colubrum, cui gratus inesset
Oris honos, multusq; lepos, & summa venustas.
Fœdauit certè legem, sed lege putauit
Viuere se, pomum si mandaret ore, quod vxor
Attulit, insani decepta cupidine Ditis.
Fœdasset nunquam legem, si tale putasset
Excidium, atque tua id non tandem lege probari.
Ipse quoque, in facinus cum primùm ex mente serena
Excidit, in miseros se lapsum sensit honores,
Seq;, suosq; artus, cum coniuge, texit amaris
Frondibus, & subitis aufugit passibus omnem
Accessum, & fluuij circum vada amœna manebat;
Affecitq; rubor vultum, faciemq; notauit.
Quàm grauis inde dolor fuerit post tale secutus
Admissum, claro vidisti lumine, nec te
Hoc fugit; claraq; illum dum voce vocasti,
Ille quidem trepida respondit voce, pauensq;
Ingemuit, signumq; dedit, quòd criminis atri
Pœnituit, totoq; excepit corde dolorem.
Texebat caussas, non excusaret vt ingens
Delictum, veniam sed amico vt posceret ore.
Uxorem in propriam conuertit, vt illa repentè,
Ut mulier, veniam nullo tardante referret.
Haud tamen impunis post crimina tanta remansit.
Non equidem, vt meruit, quia tum grauiora merebat:
Ast equidem, vt decuit sanctæ pietatis amorem,
De-

Demissum in terras seruasti tempore longo.
Multa tulit, fecitq; simul, sudauit, & alsit;
Quàmq; diù vixit, tantum tolerauit, vt esset
Ærumnæ exemplar; miseriq; exordia casus
Semper & antè oculos habuit, quàm turpiter æquas
Fœdarit leges, fueritq; ad iussa rebellis
Sancta Dei; quantisq; bonis se abdixerit olim.
Si quoque mortaleis flamma crepitante, vel vndis
Æquoris obrueres, nemo vt foret inde superstes;
Si quoque per totum laxares fulmina cœlum,
Omniaq; in veterem reuocares durus aceruum,
Quæ tibi tunc essent euersæ commoda gentis?
Nullus honos fieret tibi; nulla altaria donis
Plena forent, nullusq; adoleret thura per aras,
Et pietas vbi tanta foret, quanta vndiq; cinctus
Esse soles? penitusq; ferum, penitusq; vocarent
Crudelem gentes; nec non contrarius esses
Ipse tibi, pœnasq; dares, non laudis honorem.
Tu Pater es pietas, pietas est filius, atque
Spiritus est pietas; pietas est omnia vobis.
Fac aliquos meruisse mori, meruisse per annos
Extingui æternos, tolliq; è nomine vitæ,
Haud tamen esse putas, mereant qui sydera cœli
Tangere; & æternam nobiscum ducere vitam?
Sunt certè plures; sunt qui tibi thura per aras Gen. c. 18.
Igne cremant, sanctumq; colunt, rectumq; sequuntur.
Si quondam Sodomis optasti parcere propter

Perpaucos iustos, perimes feruore ruinæ
Humanum genus, in quo hominum centena proborū
Millia perspicies, quibus est sinè crimine vita.
Ipse etiam Nois sortem miseratus acerbam,
Iußisti, vt grandem fabricaret sedulus ar. am;
Non amor, aut studium, non spes, aut gloria gentis,
Sed pietas persuasit opus tam nobile, vt omnem
Elueres mundum scelere, & pietatis honorem
Heroe in tanto seruares, iustus & ipse
Tutus vbique foret, nec pœnas ferret amaras
Cum scelerum socijs, & ad imum tenderet Orcum.
Sæpiú: hoc hominum generi, & mortalibus ægris
Accidit, vt pœnas scelerum, menteisq; prophanas
Pro prece iustorum reuocaris ad ocia vitæ,
Lucifer & cælo cecidit, secumq; cateruæ
Complures cecidere polis, sed crimen ob vnum
Num fortè his omneis decuisset pellere regnū?
Imò etiam scimus, quòd, si reparabile crimen
Arte aliqua in tanta superorum sede fuisset,
Cuncta peregisses, vacuæ nè ex tempore sedes
Hæ fuerint penitusq; in Tartara Lucifer isset.
Fac quoque, mortaleis perimas, nec iusta piorum
Supplicia inflectant irati iudicis ora;
Quò mittes, quæso, patres, quos terra coercet
Postrema in regione soli, quò lumen, & aura
Haud vnquam penetrat, nec Sol Oriensuè, cadensuè
Immittit radios, seu lumen splendidus infert?

Non illos tenebris, non illos turpis Auerni
Committes regnis, nec inaneis ire sub vmbras
Ipse sines: quid enim sceleris, seu criminis ipsi
Admisere patres? Nam leges Mosis, & aequi,
Naturamq; ducem, & vitae praecepta pudicae
Semper inexpletis tenuere in pectore curis;
Et fecere alios memores, cunctisq; dedere
Exemplum vitae, & primordia sancta salutis.
Non caelum meruere tamen, nec sydera supra
Debent efferri, aut imponi sedibus altis.
Quid facies igitur, sancti nisi sanguinis haustu
Hos redimas, caecoq; è carcere ad astra reducas?
Hoc ipsi haud possunt; nec quisquam tanta parare,
Te, valet, excepto: & tantam reparare ruinam
Solus habet natus; natum hoc modò spectat ad ipsum,
Ut redimat genteis, redimatq; è carcere terrae
Antiquos patres, qui prima ab origine mundi
Semper id expectant, precibusq;, & supplice voto
Exposcunt, semperq; petunt clamoribus altis.
Et nisi constitues hominis sub imagine natum
Hinc propere in terras descendere, & omnia ferre
Pro impositis homini poenis, non sola peribunt
Corda hominum, totumq; genus sub Tartara tendet,
Nec patres caeco redimentur carcere terrae;
Imò etiam Uates, qui olim cecinere salutem
Uenturam ex Christo, falsum cecinisse ferentur.
Namq; ait Amoides certis sermonibus olim

Isai. c. 7. 9. 11. 16. 32 35. 61. & alibi.

Venturum regem, & sancta de Virgine natum
Paupere sub tecto pro libertate futurum,
Vt redimat genteis, & sedibus inferat altis.
Ierem. cap. 31. *Helchiades etiam quondam alto protulit ore,*
Virgineum intra vterum conscribet fœmina Sancto
Corde virum, & sanctos penitus circundabit artus.
Baruch cap. 3. *Ipse etiam Baruch diuino flamine motus*
Prædixit venisse Deum, & mansisse per vrbeis;
Atque ait, hoc certis possunt cognoscere signis.
Hoc quoque sed nimio tenebrarum inuoluit aceruo,
Daniel cap. 7. *Prædixit Daniel sauæ Babylonis in oris.*
Amos. cap. 5. *Quiq; erat in Thecue natus, Solymisq; canebat,*
Aduentum sancti regis prædixit aperto
Carmine, nec tacuit venturæ exordia vitæ.
Michæ. c. 5. *Ipse Morastites comprendit versibus olim*
Haud dubijs cœlo ventura in sæcula duci
Progeniem, populisq; suis inferre salutem.
Aggæ. c. 2. *Testem etiam Aggæum, si ritè audita recordor,*
Sanctus Amor fecit, cecinitq; hæc carmina vates
Prouidus; Et veniet, quem gentes præpete voto
Optabunt cunctæ: & complebit gloria totam
Magna domum, votisq; suis lætabitur orbis.
~~Aggæ. cap. 2.~~ *Mille locis alijs diuino numine moti*
Ioseph. Arost. de Christo reuelat. lib. 5. & 6. *Hoc vates dixere olim, Christumq; futurum*
Humano generi veram cecinere salutem.
Præter & innumeros vates, qui numine moti
Æthereo, Christum mortali veste grauatum

Morte

Morte Redempturum perfuso sanguine genteis
Carmine dixerunt; vates dixere prophani
Hoc etiam, & totum diuulgauere per orbem.
Quin etiam claris cecinerunt versibus olim
Connubium passæ nullum, tædasq; virorum
Haud vnquam expertæ, sed sancto numine plenæ
Fæminei generis vates, castæq; puellæ.
Te namq; auctorem rerum Babilonia virgo
Prædicat, & nato proprium tribuisse vigorem,
Et fecisse Deum, gentemq;, vt ferret honorem,
Præmonuisse suam, & iussisse, vt nosceret omnis
Tum populus natum, cui consiliumq;, bonumq;
Esset, & hoc vno rerum te flectere habenas,
Et curare graueis tanto sub præside morbos.
Quæ quoque apud Delphos oriunda puella canebat,
Filia Tyresiæ, venturæ præscia sortis,
Concinit, Hic pedibus sic nexus auferet arctos,
Ut positis metis certarent alite passu:
Multorumq; oculis, sub nocte natantibus atra,
Cernendi tribuet sensum; rumpetq; silenteis
Multorum linguas; aureis reserabit; & artus
Correptos morbis curabit voce potenti.
In vitam iuuenes reuocabit; deniq; clarum
Bethanes Dominum, genus alto a sanguine cretum,
Quatuor exactis iam iam tum forte diebus,
Ereptum letho faciet prodire sepulchro.
Quæ quoque Cimmerio cecinit furibunda recessu

Erythrææ Sybillę vaticinium de Christo, Lact. Fir. de verâ sap. lib 4. cap. 6. & D. Aug. de Ciuit. Dei lib. 18. cap. 23. & Onuph. Panui. Tract. de Sybillis, & alij complures.
Lac. ibid. c. 13
Lac. ibid. c. 15
Delphicæ Sybillæ vaticiniũ d Christo Lact. Firm. de Verâ Sap. lib. 4. cap. 15. & D. Aug. de Ciut. Dei lib. 18. c. 23. & Onuph. Panuin. vbi supra.

Cumææ Sybillæ vaticinium de Christo, Lact. Firm. de verã. sap. lib. 4 c. 15. & D. August. de Ciuit. Dei lib. 18. cap. 23. & Onuph. Panuin. vbi supra.

Venturos casus, cæcosq; instare tumultus,
Vocibus haud dubijs dixit (mirabile dictu)
Millia quinque hominum deserto in litore quondam
Quinque globuto stæ Cereris, mullisq; duobus
Pasturum penitus, proq; omnibus inde canistros
Bis senos tollet ventura in munera vitæ.

Samiæ Sybillę vaticinium de Christo, Lact. Firm. de verã. sap. lib. 4. c. 17. & D. Aug. vbi supra.

Quæ Samijs oracla dedit, monstrauit in ipsum
Soluendas leges, quas Moses tradidit olim.
Quæq; nouem potuit portare volumina regi
Æneadum, plenis monstrauit versibus istud.
Et maiora etiam, quàm quisquã crederet vnquam.

Cumanę Sybillæ vaticinium de Christo, Lact. Firm. de verã. sap. lib. 4 c. 18. & D. August. vbi supr.

Gentibus infandis, inquit, tradetur, & inde
Excipient illum, recto qui pectore viuunt:
Incæstisq; dabunt manibus Christoq; Deoq;
Crudeles alapas, illiq; Aconita nefando
Ore spuent, dorsumq; dabit sinè crimine ad omne
Illorum imperium; atque ad iurgia tanta tacebit:
Noscet eum nullus, nec, quæ suas eius origo,
Cernet, & vt morti queat ille imponere metas,
Nesciet, & capiti cernetur ferre coronam
Confectam ex spinis: & fel cibus, haustus acetum
Huic erit; his epulis, & potibus vndiq; summam
Explebitq; famem, & sitientia labra replebit.

Hellespontice Sybillæ, vaticiniũ de Christo, Lac. Firm. de verã. sap. lib. 4. cap. 18. & D. Aug. vbi supra.

Et quæ Hellesponto nomen, famamq; perennem
Attulit oraclis, & summo æquauit olympo.
Esse homines stultos dixit, qui numen ab alto
Haud nouere suum, ludens mortalibus ipsis;

Sed spinis cinxere caput, validamq́; coronam
Temporibus posuere suis; & fellis amari
Horrida terrificis tribuerunt pocula dextris.
Ipsa quoque, è Lybicis patriam quæ duxit, & vrbem,
Scindendum templi velum prædixerat olim,
Sub medioq́; die tenebrarum irrumpet in orbem
Tristis hyems, horisq́ tribus sinè luce manebit.
Quæq́; Phryges inter vates est orta, sed orbi
Commissa externo fatorum arcana canebat,
Passurum dixit mortem Sotera potentem;
Tertia cumq́ dies aderit, sub luminis auras
Venturum in lucem vitæ melioris, & æui,
Facturumq́ suis renouatæ exordia vitæ,
Victurumq́; fero crudelia Tartara letho.
Tibure nata etiam claro sub gurgite vates,
Cuius & eximium Capitolia ad alta senatus
Transtulit, & sancto simulachrum affecit honore,
Monstrauit Solymos quondam ad solatia vitæ
Venturos, sancta qui habuissent lumina legis,
Seruassentq́; æquum, & sanctum Sotera precando
Nouissent, cœlumq́ sibi pietate parassent.
Persica deinde etiam vates, spectata puella,
Quæ tantum vidit, tantum monstrauit apertis
Versibus, vt Christum nullis ambagibus olim
Prodiderit, cæca nisi gentes mente fuissent,
Post vbi multa suis complexa est versibus, atque
Edocuit genteis sancto ex Sotere salutem

Libycæ Sybillæ vaticinium de Christo, Lact. Firm de verit. sap. lib. 4. c. 19. & D. Aug. vbi sup.

Phrygiæ Sybillæ vaticinium de Christo, Lact. Firm. de verit. sap. lib. 4. c. 19. & D. Aug. vbi supr.

Tiburtinæ Sybillę vaticiniũ de Christo, Lact. Firm. de verit. sap. lib. 4 c. 20. & D. August. vbi supr.

Persicæ Sybillæ vaticinium de Christo, Lact. Firm. de verit. sap. lib. 4 c 6 & D. Aug. de Ciuit. Dei lib. 18. c. 23. & Onuph. Paruin. vbi supra. & alij complures.

Venturam, taleis perfudit pectore versus.
Carmina nunc referam; nam carmina digna putaui
Te auditore Deo; de Christo carmina dicam;
Iudicij signo (diuino concita motu
Persica ait vates) tellus sudore madescet:
E cœlo veniet princeps per sæcla futurus;
Scilicet vt genteis præsens, & iudicet orbem.
Omnis homo hunc fidusq; Deum, infidusq; videbit
Unà cum sanctis excelsum fine sub æui.
Sede sedens animas censebit, corpora, & ipsa
Chersos erit mundus, spinas feret vndiq; tellus.
Reijcient simulachra homines, & munera Ditis
Inquirens, portas infringet carceris atri.
Sic etenim cunctæ veniet lux libera genti,
Tunc sanctis: ignis sonteis æternus aduret.
Occultos actus omneis tunc quisque loquetur:
Sed tenebrosa Deus collustrans pectora pandet.
Threnus erit cunctis, & stridor dentis adesi.
Effugiet solis iubar, astrorumq; choreæ.
Omne poli lumen soluetur, & aurea luna
Valleis extollet, colleisq; à vertice perdet.
Usquā nec celsum mortalibus, aut graue quicquam;
Inde æqui montes campis, hinc cærula ponti
Omne ratis spernent onus, hiscet fulmine tellus:
Sic fontes simul arescent, & fluminis aluei.
Stridula tum querulum sonitū tuba fundet Olympo,
Orbis grande malum rugiens, & damna futura;

Tartareumq́ Chaos monſtrabit terra dehiſcens;
Et venient omnes reges Domini ante Tribunal.
Refluet é cælo tunc ſulphuris amnis, & ignis.
Sic cunctorum hominum fient manifeſta ſepulchra:
Tunc lignum fidis erit exoptabile cornu;
Atque piorum vita hominum, nocumentaq́ mundi
Undis luſtrabunt bis ſeno in fonte vocatos.
Rex erit is paſtor nobis, & ferrea virga.
Omnipotens Deus eſt præſcriptus verſibus iſtis,
Seruator noſtro æternus rex paſſus amore.
Hoc quoque Amalthæa, & fati Marpeſia diues,
Herophileq́ Idæa genus, prædoctaq́ Sabbe,
Demoq́, Phygoq́, & veri gnara Phænnis,
Et Carmenta parens, & Mantho, & Pythia longos
Phœmonoe commenta pedes, & filia Glauci
Deiphobe, varijs dixerunt verſibus olim.
Ne fictis igitur ſtimulis, & numine falſo
Hæc ceciniſſe tuo de nato, deq́ potenti
Illius imperio vates iam denique mundus
Aſſerat, haud debes genti tardare ſalutem.
Et quid te mouit? quæ te olim cauſſa coegit,
Mentibus vt vatum tantarum exordia rerum
Monſtrares, mentemq́ illis, animumq́ potentem
Suggereres, lateq́ dares cognoſcere verum?
Aſt vbi dicta tuis placuit monſtrare prophetis,
Non modò diſpliceat reuocare ad munera vitæ
Humanum genus; & fractis exſoluere vinclis

Crudelis

Crudelis Satanæ, & promißis ſtare futuris,
Et ſeruare fidem, patribus quam prouidus olim
Mille modis dederas, nimio compulſus amore.
Hoc decet, hoc facias; nec te arceat vlla malorum
Concepta effigies, quin gentibus omnia ſerues.
Si te magna mouent ſcelerum molimina, vt ipſis
Non ſtes promißis pietas ſpectata parentum
Sæpiùs, acceleret promißi gaudia nati.
Te moueat Moſes; moueat te maximus Abram,
Humaniq; pater generis, ſanctusq; Iacobus,
Cui quondam cælum reſeraſti, vt cerneret omnes
Cæleſtis regionis opes, & regna beata.
Te pietatis amor moueat, quo cuncta gubernas,
Et quem nunc gentes ſancto venerantur honore.
Vel ſi fortè mihi concedere tanta recuſas
Auxilia, & cæcis ſubmerſum fraudibus orbem
Exerere è tenebris, ſecum me perde profuſis
Fulminibus; fiet noſtri gratißima labes,
Nè fruſtra implorem ſupremo à numine cauſas
Amplius; haud vnquã hoc mihi cõtigit antè quod vn
Exp. tij, raptim ſemper diſcrimine nullo (quam
Obtinui, & gentes me multum poſſe fatentur.
Quòd ſi nunc votum, & quid non eſt iure negandum,
Fruſtra implorarem, nec proemia ſancta referrem,
Tunc certè humanas ſimulato nomine genteis
Deciperem, fieremq; meis obnoxia culpæ
Criminibus, nomenq; meum contemneret orbis:

Nec

Nec pietas, sed vanus honos, sed vana potestas,
Sed vanum numen penitus iam gentibus essem.
Hæc tu cuncta vides; te nil fugit, optime rerum
Conditor; æterna hæc exordia mente notasti:
Scisq́, quòd hic refero verissima facta, nec vnquam
Ipsa tibi quicquam mentito pectore dixi:
Sum pietas, sed vera loquor, sed vera rependo
Antè oculos, semperq́ tibi verissima dico.
Cuncta malum suadent; suadent contagia semper
Innumeras scelerum culpas, & crimina vitæ.
Lucifer & semper stimulis ardentibus vrget
Humanas menteis, cæcasq́ impellit ad iras;
Omne nefas, fraudesq́ monet; monet vndiq́ culpas
Ingenteis, cæloq́ auertens pellit ad Orcum.
Fac igitur, Natus cælo descendat, iniquum
Comprimat vt Satanã, tenebrisq́ includat Auernis,
Et reprimat fraudes, penitusq́ ad regna beata
Monstret iter. Pereat ne mundus, conuenit ipsum
Cælesti genitore satum crudelia ferre
Supplicia, & vitam perfundere, vt eluat atra
Morte scelus, tandémq́ tibi, domibusq́ supremis
Humanum imponat genus, & sine crimine reddat.

Libri Quinti Finis.

SOTERIDOS
Libri Sexti
ARGVMENTVM.

CONCORDEM Astræam, & Pietatem in sæcula reddit
Omnipotens Genitor, statuitq; immittere Natum.
Ducitur in templum Virgo Sanctissima, summo
Vota Deo; nubit Ioseph; & conipit almam
Progeniem: & tandem fœliciter edit in auras
Illæsis vteri claustris; Oriente relicto
Eccè adsunt Reges; Iordanis abluit vndis
Ioannes, cui Rex caput atro in carcere truncat.

SEBASTIANI MACCII DVRANTINI SOTERIDOS

Liber Sextus.

SIC fatur Pietas, tandemq; immittit habenas
Fletibus; & circum plausus ex tempore cuncti
Officijs fecere suis: chorus omnis, & omnes
Cælicolæ gaudent; gratantur & omnia secum
Numina, & extollunt facundæ Virginis altum
Ingenium, & cælo per plurima munera ponunt.
At Pater Omnipotens Pietatem amplexus, & ipsā
Astræam, ambabus regaliter oscula fronti
Libauit; placidaq; illis sic voce profatur; Psal. 84.
Non est, quòd longis sermonibus vtraq; vestrum
Humani caussa generis sic mente laboret.
Antè mare, & terras, &, quod tegit omnia, cælum,

Antè

Antè dies, annosq; omneis, antè omnia sæcla
Decreui, vt Natus mortalia membra subiret,
Ast vbi patrarunt facinus lethale parentes,
Amplius haud vltrà remorandum duximus, omnis
Nè pereat mundus, gentes nè Tartara tantùm
Nigra petant, cœloq; omnes procul ire laborent.
Hoc sancti poscunt patres; hoc carmine poscunt
Insignes pietate viri; hoc cecinere prophetæ,
Numine commoti nostro; & petit vndiq; cælum.
Et nos sic volumus, nostra est hæc firma voluntas.
Accipite hæc animis, placidoq; hæc pectore ferte.
Tu Pietas referes, quæ dudum optata petisti,
Et genus humanum stygijs redimetur ab vmbris,
Ascendetq; polos, & erit super æthera notum.
Nec tua lædentur nostris, Astræa, paratis
Munera, sed summum seruabimus vsque rigorem,
Dum satis, atque super fiat. Peccauit Adamus,
Et genus humanum secum; delusit honorem
Ille meum scelere, infinitaq; numina læsit.
Crimine pro tanto nullis mortalibus heros
Progenitus posset tantas auertere pœnas;
Sed Deus hic hominum vitam, & mortalia membra
Accipiet, poteritq; hominum reparare ruinam
Corporis excidio proprij, pœnisq; nefandis;
Meq; homini infestum pro tam furialibus ausis
Placabit penitus, iustiq; tenebit, & æqui
Appositas metas; nec erunt tua numina iustis

Absque

Absque bonis, summusq́; rigor sua iura tenebit.
His igitur meritis fiat discordia concors
Vestra modò, et patrios homines reuocemus ad ortus.
Esse alacres, pacemq́; simul, requiemq́; perennem
Depositis animi curis, & pectore tristi
Me coram sancite sacris amplexibus ambæ;
Sitq́; vnus vobis animus, sitq́; vna voluntas,
Vnaq́; mens vobis æterna in sæcula regnet.
Hæc Pater Omnipotens paucis effatus, amicam
Cum pietate facit, semper crudele mouentem,
Astræam, secumq́; æterno fœdere iungit.
Tum iuuenem aligerum, Gabriel cui nomen, & alti
Esse Dei robur cœlestes nomine dicunt,
Seuocat, & placido tandem sic ore profatur:
Est locus in terris, vrbem cognomine dicunt
Nazaream Solymi, primo seruatus ab æuo,
Isacidos intra fines, Galilæaq́; regna,
Nobilis hic Virgo, nobis dilecta, pudorem
Intactum seruat, quamuis desponsa marito
Nomine quem Ioseph Solymi dixere priores:
Huic MARIA est nomen, Dauid de semine creta:
Nec dum lustra suæ compleuit terna iuuentæ.
Hanc pete præpetibus pennis, & nomine nostro
Defer, vt excipiat cœlestis flaminis ignem,
Concipiatq́; vtero natum, quem semine nullo
Progenui quondam nostro correptus amore
Ante annos, mensesq́; omnes, ante orbis & ortum.

Hunc

Hunc genus humanum perfuso sanguine, & atrâ
Morte redempturum dices; quæq; ordine nuper
Monstraui, referes; referes hæc iussa potentis
Esse Dei sed certa; suæ conquirere mentis
Signa modò, & matrem seruato flore pudoris
Esse Dei; nobisq; assentiat, ipse rogabis;
Monstrabitq; modum, & quæ gaudia mũdus habebit.

Germ. Ep. Const. & Io. Damascen. de fide Orth. lib. 4. c. 15. & Cardi. Baron. in App. ad Ann. c. 30. & 31. Niceph. lib. 2. c. 3. & Card. Baron. vbi su pra.

Anna Ioacchini coniux; quæ gentis Aaron
Antiquos referebat auos cum coniuge sancto,
Atque sacerdotes numerabat origine mira;
Magnanimosq; duces, reges, sanctosq; prophetas,
Quæq; sacerdotem Mathan, Mariamq; parentes
Esse sibi, Mariamq; simul, Sobeq; sorores
Gaudebat; sterilis per sæcula manserat, atque
Infamis Solymis sanctæ pro munere legis
Esse videbatur, tandemq; sub ætheris axe
Suspiciens oculis cœlum, manibusq; supinis,
Amotis circum famulis, animosa profatur;
Atque Deo taleis effundit pectore voceis;
O Pater Omnipotens, cuius pietatis amorem
Testantur gentes, grauibus quæ fluctibus actæ
Innumeras tandem rerum euasere procellas,
Quid me infœcundam maiorum præter honorem
Fecisti? turpem famam gentiq;, mihiq;,
Et consanguineis, Tribuiq; in gloria reddo.
Quid maledicta mihi, quæ olim dixere prophetæ,
Esse sinis? sterilemq; vterum, mammasq; dedisti

Arem-

Arenteis, penitusq; ad munera prolis ineptas?
Quid quoque fecisti, vt mea munera sæpe sacerdos
Sperneret, vt sterilis quæ fœmina portat ad aras?
Quid quoque permittis, contemnar vt vndiq; verbis
Tristibus, & noto me fignent crimine gentes?
Me famulæ spernunt, spernit vicinia tota,
Deluduntq; omnes, & iniquo nomine carpunt.
Respice me, Omnipotens: audi, Pater optime, fusas
Toto ex corde preces; famulæ miserere precantis
Abste vno auxilium, & tua numina sæpe vocantis.
Suppliciter posco; fac me velut orbe sub ipso
Alituum, pecudumq; genus, genus omne natantum,
Ut pariam; inferior cunctis animantibus orbis
Ne videar; refero sed enim simulachra Tonantis.
Quod si me audieris, tanto pro munere grates
Persoluam: sobolemq; tibi, quæcumq;, dicabo,
Vt Sancto maneat templo, vt venerabile donum,
Quod mihi tu dederis, cuius sunt omnia dona
Excelsa, & preciosa nimis, perfectaq; cunctis
Partibus, atque tuum iam testabuntur amorem.
Hæc eadem coniux celsis in montibus alto
Ore precabatur, postquam sine farre, nec herbis
Dona quater vidit redeuntis lumina Phœbi.
Talibus oranteis dictis, prolemq; petenteis
Audijt Omnipotens, oculosq; ad mœnia torsit
Nazarea, & sanctos fastus, & vota recepit
Amborum, & plenos fœcundo semine fecit.

Iussit & aligerum tam iussis mentibus istud
Dicere, & ex tanto venturam ad lumina vitæ
Coniugio sobolem, & fœcundas reddere tædas.
Rettulit atque etiam iuuenis sine crimine fœtum
Conceptum, talemq; Deo placuisse puellam
Formare, vt nullam sentiret origine culpam.
Interea crescunt sacrati pondera ventris,
Iamq; nouem redeunt crescentis cornua Lunæ,
Cum tandem æthereas fœtum demittit in auras
Anna parens, donisq; Dei, sanctoq; decore,
Accinctam penitus, penitusq; nitore potentem
Fælici partu, nullisq; doloribus acta
Diuinam expromit sancta de ventre puellam;
Et MARIAM dicũt, demissum nomen ab alto,
Vt Domina existat, clarumq; per æquora sydus,
Humanumq; genus secura ad litora ducat.
Matres, atque nurus, menti quibus omnis ab alto
Insedit sine more pudor, cœleste tulerunt
Pondus, & excelsam tenuere ad pectora prolem.
Anna modis miris gaudet, Ioachinus & ipse
Lætitiam ingentem pleno de pectore fundit.
Et consanguinei pariter iuuenesq;, senesq;
Assiduos celebrant plausus, & carmina dicunt.
Quid quoq; nunc referam, quàm tellus, æquor, et aer,
Atque æther circum pleno tum pectore risit?
Ipsæ etiam volucres mulcebant aera cantu;
Fœcundiq; greges, armentaq; læta per herbas
Lusibus

Lusibus assiduis latè resilire solebant.
Verùm cælicolæ, quibus hæc arcana patebant,
Solemnem coluere diem, festasq; choreas
In cælis duxere suis, plausuq; secundo
Ad se venturam tandem ostendere puellam;
Unde quoque humani generis iactura, dolorq;
Tenderet haud vltra, & vacuas per crimina sedes
Paciferi explerent sancta virtute coloni:
Quodq; olim nimiùm sceleratis abstulit ausis
Prima Parens, almo reddet iam germine Virgo.
Tertius at postquàm puerilibus accidit annis
Autumnus, teneræq; ætati tanta fuerunt
Robora, vt haud dubio posset procedere passu;
Protinus Anna parens sancto cum coniuge prolem
Haud vltra differre volunt offerre Tonanti,
Irrita ne fierent, quæ olim promissa fuerunt.
Est locus intra vrbem, templum qui cingit ab vna
Parte sacrum, & murum externo molimine fulcit.
Hic Salomon primo ter denas condidit ædes
Accessu, & supra totidem, totidemq; suprema
Parte domos fecit, nec templo amouit ab ipso;
Sed diuersa locis, vbi summo vota Tonanti
Sancta ferebantur, secreta recepta parauit.
Contextæ fuerant Cedro, facilesq; patebant
Hinc aditus illuc; sed erat prior vnus, & idem
Ingressus, pariterq; vnu sub cuncta ferebat
Tecta locus, nec erat dispar tunc ambitus illis.

Ioseph. Ant. lib. 2. cap. 3. & lib. 15. c. 14. & de bell. lib. 6. c. 6. & 1. Esdræ cap. 3. & Card. Baron. An. Eccles. in App. 6. 37.

Huc vbi duxerunt Ioachim cum coniuge prolem,
Atque Deo tandem, precibus tamen antè solutis,
Exhibuere ambo, Zacharias sanguine iunctam
Prouidus Antistes solemni more puellam
Excepit, tectisq; sacris mandauit haberi.
Hic fidei, pacisq; decus, vitaq; pudorem
Excoluit, legesq; sacras seruauit, & altum
Religionis opus miro perfecit amore:
Hic humilem vitæ cultum, sanctumq; timorem
Exhibuit, tenuisq; dedit primordia famæ
Ambitione carens, vitamq; perosa superbam
Assiduis curis vigilabat in ædibus altis,
Seq; Deo exhibuit pro virginitate tuenda,
Proq; sua pietate preces fundebat ab alto
Pectore, vt humani generis repararet honores.
Ast vbi perfecit teneræ duo lustra iuuentæ,
Autumnumq; vnum, & vernos peruenit ad orbes
Bis septem, vt plenis esset iam nubilis annis,
Protinus ecce Dei monitu, vt secreta Tonantis
Nesciret Satanas, & virginitatis adesset
Perpetuus custos, Ioseph sanctissima Virgo
Nubit, & ex voto sanctum sortitur amorem,
Virginis vt virgo sanctos tueatur honores.
Hic quoque stirpe fuit clarus, sanctiq; dederunt
Prima sacerdotes exordia sanguinis, atque
Magnanimi reges genti tribuere vetustæ
Nobile principium, & David fecere parentem:

Unde eadem Tribus, atque eadem numeratur origo
Amborum vitæq; eadem perhibetur honestas,
Et cultus, studiumq; fuit sine crimine concors:
Nazareasq; domos repetunt, patriosq; penateis,
Quatuor exegit menseis iam prouida Virgo
Cum consorte suo, & tædæ seruabat amorem,
Non oblita tamen d.uotæ mentis, & alti
Promissi; sancto quod amauit nomine coniux.
Cum sola in proprium thalamum, & penetralia tecti
Nocte intempesta suadent dum sydera somnos,
Se recipit genibusq; humilis, manibusq; supinis
Pro genere humano supplex orabat, vt altas
Omnipotens genitor placatus poneret iras;
Voluebatq; animo veteris monumenta prophetæ, Isai. c. 7.
Cui Deus affulsit, Solymi sed barbara facta
Exstruxere illi, & serram immisse per artus;
Spectabatq; Deum mente, & penetrabat amicis
Luminibus cœlum, & ventura arcana videbat.
Haud tamen audebat tanto se nomine dignam
Dicere, vt excelsi fieret sacra Sponsa Tonantis,
Soterisq; sui genitrix, cui sæcula parent;
Post tamen cupiebat eam cognoscere; vt illi
Obsequium ferret seq; ad sua vota pararet:
Ipsam autem securam animi, lætamq; videres
Auctorem sperare suum; reuerentia summa
Virgineo in vultu est, oculos deiecta modestos
Mente videt, matremq; Dei venientis adorat;

Fœlicem vocat, terris, cœloq; daturum
Progeniem dicit pariat quæ morte salutem,
Et sacrum æthereo delapsum numero Olympo
Affulsisse illi, & sancto complesse pudore
Incorrupta piæ Soteris viscera matris.
Nec tamen excelso iam iam persentit honores
Aduentare sibi, & sanctum descendere cælo
In pectus numen, quo totus gaudeat orbis,
Constituatq; Dei matrem, seruetq; pudorem
Virgineum, & facto stupeat natura potenti.

Inuocatio.

Nunc, Pater Omnipotens, cœli qui sydera torques,
Sit mihi fas tua facta loqui; sit carminis auctor
Et Nati, & Genitoris Amor, qui talia fecit;
Tu quoque, quem nunquã potuit cõprendere mũdus,
Et tamen intra vterum sacratæ Virginis omneis
Clausisti vires, vt erat tua certa voluntas,
Posse mihi concede loqui, vt demissus Olympo
Humanos artus hausisti è Virginis aluo:
Hoc opus, hic labor est; sed si mihi numine fausto
Te dederis facilem, conabor carmine nostro
Pandere res cœlo, & diuina mente repostas.

Cuius ego nõ sũ dignus soluere corrigiã calceamentorum. Io. c. 1.

Interea Gabriel, cœlo qui sancta ferebat
Supremi mandata Dei, Galilæa tenebat
Regna celer, circumq; volans intrabat in vrbem
Nazaream, & sanctas ingressus Virginis ædeis
Extemplò thalamum diuino lumine complet.
Purpureos retegit vultus, numenq; professus

Incessusq; , habitusq; graui , & mox explicat alas ;
Laetus & insuetum latè diffundit odorem :
Aurea vestis erat, color aureus , aurea summae
Curuatura togae , limborum flammeus ordo ;
Namq; pyropus erat multus, multusq; smaragdus
Partibus extremis intextus, mixtus & auro
Chrysolitus gemmaeq; aliae , quas continet aether ,
Et coram assistens tali tum denique voce
Fatur ; Aue, ò Virgo, nunc terq;, quaterq; beata, Luc.c.1.
Gratia cui plenis manibus descendit ab alto ,
Est tecum Dominus; mulieres inter & omnes
Sancta viges . Gabriel vix haec tum protulit ore .
Cum grauiter Virgo vultum demissa putabat,
Unde sibi fierent tantarum exordia rerum .
Nè timeas, Maria, hic Gabriel super addidit ore ;
Est apud excelsumq; Deum , excelsumq; Tonantem
Gratia parta tibi, & manibus largita profusis.
Concipies vtero . pariesq; puerpera natum,
Et natum excipies , nomenq; vocabis IESVM.
Magnus erit, natusq; Dei dicetur ; & illi
Concedet sedem Dominus, quam Dauidus olim
Extulit, inq; domo Iacob regnabit in annos
Aeternos, regnumq; suum non finiet aeuo .
Illa, Virum haud nosco , dixit . sed protinus ille ;
Te Pater Omnipotens praecinget Flamine sancto ;
Quodq; dabis partu Sanctum , dicetur ab alto
Patre datum : nã cuncta potest, qui cuncta gubernat.

En tibi nunc mulier materno sanguine iuncta
Iam senio confecta graui concepit at tem
Intra vterum sobolem, & iam sexto mense tenetur;
Ante licet fuerit prolis sine honore iuuenta;
Usque adeò in magnis crescit fiducia rebus.
Tū Virgo, Ecce, inquit supremi Ancilla Tonātis;
Cuncta mihi fiant, veluti tua verba tulerunt.

Card. Baron. in App. ad an- no. Ecc. c. 57.

Vix hæc ediderat, cùm Verbum ex æthere summo
Dilapsum in pleniè sacratæ Virginis aluum,
Corpus vt assumens, quod semper, & ante fuisset,
Esse quoque haud sineret, sumptāq; ex Virgine sāctâ
Naturâ humanæ mole, & discrimine nullo,
Atque inconfusè penitus sibi denique iuncta,
Vno, eodemq; homine ex natura dupplice facto
Vnus iam Christus, qui perfectus Deus idem,
Atque idem perfectus homo, virtute potenti
Virginis intra vterum purissima viscera prendens,
Informaretur, molemq; & corpus haberet.
Hæc vbi cælestis perfecit nuncius, altum
Extemplò repetit cœlum, & se condidit astris.
Hac illo perfecta die, qua conditus Adam,
Accipimus, cæcis vt soluant nexibus Adam.
Verùm hic, ô Solymi proceres, cognoscite quanto

Anno Domini 1. 9. 1. Hieronym. Angeli- tus in pr. Hist. Lauretanæ.

Virginis has ædis Soter dilexit amore.
Atque animis memores vestris hæc figite dicta.
Tempus erit quondam, quod non procul auguror esse,
Cum domus hæc iuuenum sublata potentibus alis

Aethera lustrabit, totumq; recurret Olympum,
Illiricosq; sinus penetrabit, & intima tandem
Regna Lyburnorum, & Tersatti in colle sedebit.
Ast etiam hinc humeris iterum delata per auras
Aligerum iuuenum, Piceno in colle locatas
Accipiet sedes, quas Ricina amica tenebit;
Lauretamq; domum Lauretæ à nomine dicent.
Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis
Hanc circum extollent gentes, penitusq; sacrabunt
Perpetuis tectis, quæ humanam potentia cælo
Aequabit, sanctasq; aras, & dona parabit.
Huc Italæ gentes venient, OEnotria tellus,
Quæ mare, quod supra, frænat, quodq; alluit infra,
Millia vota dabit; concurret & vndiq; mundus
Virginis ad sanctas ædes, & tecta beata.
Pellentur morbi causæ, tristesq; cohortes
Eumenidum ad cæcas remeabunt protinus oras:
Atque animi fient sani, & languoribus imis
Expurgata hominum sanctissima corda manebunt.
Nulli adeò viuax animi solertia, nulli
Tam fœlix aderit florentis gloria linguæ,
Virginis vt possit miracla æquare loquendo:
Quæ data sunt illi, nunquam mortalibus vllis
Antea concessit, nec post concedet Olympus.
Spiritus at postquam fœcundam Virginis aluum
Reddidit, impleuitq; potenti viscera partu,
Haud mora, festinat montes percurrere Virgo,

Atque

Atque ingressa vrbem, quã dicunt nomine Chebron,
Repperit intra adeis cognatam, & voce salutat.
Vt verò audiuit sacrato ex ore salutem
Sancta senex, vtero conceptus protinus infans
Exiluit, Christumq; suum taciturnus adorat.
Et sancto perflata senex iam flamine dixit;
Fœmineo in genere, ò Virgo sanctissima, fœlix
Sis modò, sineq; tui fœlicia pignora ventris.
Accidit vnde mihi, vt Domini (mirabile factum)
Sancta mei genitrix nunc nostra ad limina tendat?
Eccè etenim, vt sacras prompsisti ex pectore voceis,
Protinus en infans nostra exultauit in aluo.
Ipsa quidem fœlix penitus, penitusq; beata
Diceris nobis; tenuisti pignora namq;
Immensæ fidei, & verissima cuncta putasti:
In te perficiet summi regnator Olympi,
Quæ tibi prædixit demissus nuncius alto.
At Virgo hæc contra; Dominum ad sublimia tollat
Canticum B. Mariæ Virginis. Luc. c. 1.
Nostra manus; nosterq; animus se se extulit alto
Numine commotus, mihi quod dat luce salutem.
Namq; humilem ancillam respexit, propter id ipsum
Me quondam gentes dicent sinè fine beatam.
Ille etenim, qui cuncta potest, plurima fecit
Munera, & est sanctum deductum nomen ab alto.
Ipsius & pietas genti, quæ sæpè veretur
Excelsum nomen per semina cuncta manebit.
Et fecit natum summa virtute potentem:
Di-

Dispersitque homines, quorum foret efferus ardor
Imperij, & reges posuit de sede potenti,
Extulit atque humileis cælo, atque impleuit egenos,
Quique forent pleni, penitus dimisit inaneis.
Suscepitque suum puerum, qui crederet ortum
Esse Deum, sanctique fuit seruator amoris;
Ut patribus quondam dixit, dixitque potenti
Abramo, & natis qui in sæcula longa fuerunt.
Ipse scio, quòd vera loquor, quòdque ista fuerunt,
Ut modò retulimus: cognatæ Virginis altum
Ipse fui intra vterum, & tanto sub ventre latebam.
Vt verò accessit Dominus, quem sancta Virago
Vix iam concepit, diuino flamine plenus
Ingenua erectus, manibusque ad sydera iunctis
Auctorem vitæ, potui qua, mente colebam:
Et vidi, & memini, & vobis testata relinquo.
Ast vbi Nazareos Virgo Iessæa penateis
Regreditur, Iudæ tandem Chebrone relicto,
Iam sanctus coniux curis agitatus iniquis
Vxorem grauidam dimittere velle putabat,
Ne genti opprobrium fieret, si partus adesset
Coniugis: & sanctæ tædæ violata timebat
Fœdera nec poterat tamen ipse putare nefandum
Coniuge de sancta facinus, nec credere quibat
Crimina; sed iam iam succrescere pondera ventris
Spectabat, mentis diuinæ ignarus, & alti
Iudicij, in somnis celso cum missus Olympo

Nuncius, hæc illi placido sermone profatur
Nè timeas, David summo de sanguine crete
O Ioseph, MARIAM sacri tibi fœdere lecti
Coniunctam accipere, & tecum retinere merendo:
Nam diuinus Amor sacrato pignore ventrem
Virginis oppleuit; parietq; puerpera natum,
Qui, quia tam genteisq; suas, populosq; per orbem
Incolumeis faciet, redimetq; a crimine mundum;
Impones nomen, nomenq; vocabis IESUM.
Audijt hæc Ioseph, & Sacræ Virginis almum
Excoluit aspectum, penitusq; interritus illi
Versus in obsequium reuerenter cuncta ministrat.
Inq; Deum vertunt animos, prolemq; futuram
Expectant læti, & mirabile pignus adorant.

Luc.c.2.

Ecce autem Augustus, magno qui à Cæsare cepit
Imperium grauibus sub pœnis imperat orbem
Censeri, & capitum describi singula censu,
Vt genteis, populosq; omneis, matresq;, virosq;,
Qui Romana tenent nullo discrimine iura,
Cognoscat, penitusq; sciat, quibus alta ministret
Imperia, & proprijs homines quos vicerit armis.
Syriacis tum iura dabat pro Cæsare Præses,
Quem missum Roma veteres dixere Quirinum.
Hic raptim edicit Iudæa per oppida, gentes
In propriam redeant patriam cum prole, suisq;.
Deinde etiam nomen curent mandarier albo,
Et Romanorum fateantur iura tenere,

Per-

Persoluantq; omnes proprio pro nomine drachmam.
Ibant Heroes, grauida cum Virgine Ioseph,
Nazarea ex vrbe, vt parerent legibus altis;
Iamq; iter emensi tectis, laribusq; propinquant
Vrbis Bethlema, tenuit quam Dauidus heros,
Vnde genus ducunt deductum à regibus olim.
Vt celeri tetigere gradu Bethlemia Iudæ
Mœnia, perquirunt sibi diuersoria primùm,
Vt lassos releuent artus, & corpora duris
Fessa ministerijs intra tecta hospita ponant.
Omnia sed genteis loca iam rumore secundo
Compleuisse vident, paruumq; haud esse relictum
Hospitibus tectum totam nouere per vrbem.
Heros Iessæus trepidus formidine rerum,
Omnia permetuens, recipit cum Virgine passus
Extra vrbem, secumq; manet sub mœnibus altis.
Vrbs erat hic Bethlem longos porrecta per agros
Colle super, lateq; solum decliue videbat,
Spectabatq; noui venientia lumina Solis,
Æthyopas contra, positosq; sub ignibus Indos:
Sydereis, nitidumq; iubar prior ipsa videbat.
Huius in extremis, litus quà spectat Eoum,
Mœnibus haud procul est longo spelunca recessu,
Cui latera ex solido saxo, circumq;, supraq;
Est saxo suffulta suo, & scatet vndiq; saxum.
Incertum, natura parens construxerit antrum
Hoc ingens, seu docta manus propè mœnia saxum

Fecerit

Luc. c. 2.

Burchard. in descrip. Terræ Sanctæ, part. 1. cap. 7. §. 59. & Card. Baron. Ann. Eccl. t. 1. cap. 2.
Orig. contra Celsum lib. 1. & Euseb. de precep. Euág. lib. 7. cap. 5. & Iust. martyr. in dialog. cũ Tryphone, & Epipha. lib. 1. in fi. & S. Hierony. ad Marcell. Ep. 18.

Fecerit exhaustum, & tecti formarit in vsum.
Vos Solymi proceres antrum vidistis, & orbem;
Et scitis, quòd vera loquor: nouistis & vndam
Perpetuam, ex saxo quæ tunc (mirabile dictu)
Prodijt, & fontem vestros conseruat in vsus.

Beda de locis sanctis c. 8. & Cardi. Baron. Ann. Eccl. t. 1. cap. 3.

Hac se Pastores vicino ex rure solebant
Cum gregibus conferre suis, si nubila quando
Cogeret Auster iners, crebrosq; emitteret imbreis;
Vnde nemus, syluæq; ruunt, sæuumq; fragorem
Dant colles circum, & latratibus omnia complent.
Hic quoque tum passus tardè gradientis Asellus,
Et bos concordes humile ad præsepe manebant,
Fœnaq; mandebant auido tum dente, Virago
Cum stabulum ingressa est sancto cum coniuge, nocte
Obscuram vt peragant, nec quisquam turbet amatam
Hanc requiem, & placidos carpant iũ deniq; somnos.

Abachuch. c. 3. Hieronym. ad Eust. ep. 27. Greg. Naz. de Christi Natiu. Greg. Nyss. de Christi gener. Paullin. ad Seuerum ep. 11. Cyrill. Cathec. 12. Prud. in Cath. diei 8. Cal. Ian. Io. Dam. in carmine de nat. Christi, Beda de locis sanctis c. 8. Isai. c. 1. & Card. Bar. Ann. Eccl. t. 1 cap. 3.

Interea roseo conscenderat aurea mundum
Luna iugo, & cœli fastigia summa tenebat.
Fulgebat Phœbe, radiantiùs astra micabant;
Totq; faces cœlo visæ, quot sydera summis
Effulsere polis totus radiabat Olympus.
Immanes siluere feræ, siluere volucres,
Nec nautis fecere minas, nec fluctibus artus
Opposuere suos pelagi noua monstra marinis.
Desierant curæ; terras sopor altus habebat,
Quà mare, quà tellus, quà cœli munera præbent.
Eccè autem subitum, atq; oculis mirabile factum;

Cum quietum silentium contineret omnia. Sap. c. 18. Luc. c. 2.

Syderei

Sydirei volucres carpentes aera pennis,
Protinus excutiunt immenso lumine noctem;
Nec non Treycijs aptantes carmina neruis,
Dant signum aduentare Deum, aduentare salutem
Paciferam, toties promißam vatibus olim.
Auditiq; chori superum, & cœlestia curuas
Agmina pulsantum cytharas, ac voce canentum.
Non vllo concussa metu; non mota Virago,
Tristibus aut curis acta, aut agitata dolore est:
Læta sed, atque alacris, penitusq; interrita tantis
Motibus æthereis, flammis ardebat amoris;
Et iam maturos fructus, & reddere magnum
Depositum credens, sobolemq; efferre supremam,
Circum se totum demirabatur Olympum
Descendisse simul, factoq; aßistere tanto:
Sydereosq; inter iuuenes, interq; supremos
Cœlestum cantus sublimia gaudia sumit,
Illæsisq; veri diuino pondere claustris.
Supremum elata in morem, mentemq; profundam
Hinc, atque hinc subitò niuea circundata nube.
Naturæ auctorem terrena mole grauatum
Fœlici expromit naturæ ad lumina partu.
Hic vidißetis Sotera extollere cælo,
Pauperiem, & cultus hominum ridere superbos;
Muryce pro picto, pretiosi pro vsibus ostri,
Proq; sacris regum cunis, & luxibus altis.
Hic vtrumque latus fæno suffultus agresti,

S. Zeno Episc. de Nat. serm. 6. & Card. Baron. Ann. Eccles. t. 1. c. 5.

Syluanus Razzius in vit. Mariæ Virg. c. 10.

Vagit inops, resonumq; implet ploratibus antrum.
Contempsit cœlum, & mortaleis induit artus,
Ut genus humanum summo asportaret Olympo.
Vestibus hinc rudibus, quas secum fortè ferebat
Sancta Dei genitrix, puerum sub paupere tecto
Diuinum inuoluit, deinde in præsepe iacentem
Sedula componit. Rerum ò suprema potestas.
Protinus agnoscens Dominum procumbit humi bos
Cernuus; & secum haud segnis procumbit Asellus,
Submittitq; caput, possessoremq; salutat.
Hos etiam, Virgo queis sancta inuoluit, amictus,
Cœlesti genitore satum, pietatis amator
Excipiet populus, factoq; ex marmore templo
Seruabit, sanctisq; aris, & thure Sabæo,
Perpetuisq; focis venerabitur omne per æuum.
Ipse autem coniux trepidus nouitate, pauensq;
Ædis in extrema tunc tandem parte receptus,
Et positis genibus, iunctisq; ad sydera palmis,
Naturæ Sotera Deum taciturnus adorat.
O noctem antè alias, antè omnia sæcula factam;
Noctem admirandam, noctem siné fine colendam;
Fælicem, ingentem, sanctam, semperq; beatam;
Non solis radiis, Lunæuè nitore micantem,
Sed rerum auctore illustrem; Solemq;, diemq;,
Et Lunæ ardorem superantem lumine magno.
Incipit esse, fuit qui semper; semper & orbem
Assiduis reget imperiis, semperq; fouebit

Luc.c.2.

Isai.c.1.& Abacuch.c.3.& cęteri, qui supr.

Germanus, & Euthym.in orat. de Fasciis dem. apud Lipom.t.6.die 31 Augusti, & Cardi. Baron. Ann. Ecclef.t. 1.cap.6.

Natu-

Naturam, & rebus dabit incrementa futuris.
Haud procul est Turris, quam quondā fertur Iacob
Incoluisse pater, dum armenta teneret in aruis
Sedulus aprícis: Medijs apparet in agris;
Nomen Ader, multosq; manet seruata per annos.
Hinc tum pastores seruabant saltibus aptis
Lanigerosq; greges, armentaq; pasta per herbas,
Fallebantq; graueis sub amico sydere somnos.
Ecce autem iuuenis cœlo demissus aperto
Haud procul assistit, summisq; nitoribus illos
Collustrat, raptimq; replet splendoribus altis.
Horrescunt visu subito, celeremq; repente
Terrorem accipiunt, varijsq; ambagibus hærent,
Nuncius ast illis. Fortes estote, nec vllum
Accipite horrorem, & tristeis depellite curas.
Ecce fero vobis supremi gaudia fastus;
Vnde omnis capiet populus, gentesq; per orbem
Lætitiam ingentem, & tollent ad sydera factum.
Est hodie Soter vobis demissus ab alto,
Natus & intra antrum sanctis sub mœnibus, olim
Quæ tenuit Dauid, nomenq; accepit ab illo
Dicitur & Christus, Dominusq;, & Sanctus habetur.
Hoc vobis signum, puerum, quem regia Virgo
Læta dedit partu, tenuis præsepe iacentem,
Indutumq; humili (ó mirum) inuenietis amictu.
Hæc vbi dicta dedit, cœlo chorus eccè repentè
Aligerùm iuuenum modulantur in æthere versus,

Miche. c. 4. & Hieron. Epist. 27. & Beda de loc. sanct. c. 8. & Card. Bar. Bar. Ann. Eccles. t. 1. c 9.

Et secum extollunt; Deum, celebrantq; salutem;
Concordesq; canunt. Sit gloria summa Tonanti
Excelsa in regione poli, paxq; omnibus adsit,
Optima queis sancta surgit sententia menti.
Hinc abeunt iuuenes, cæloq; feruntur aperto.
Sed tum Pastores vno sermone loquuntur;
Vrbis Bethlemæ nunc mœnia nota petamus;
Et Verbũ à Domino factum, quod nuper ad aureis
Deuenit nostras, oculis videamus amicis.
Protinus en adsunt, nulloq; inhibente morati
Inueniunt Mariam, & Ioseph cum prole superna,
Cui pro cunarum precio, & pro munere primo
Quadrupedum tum vile dabat præsepe quietem.
Cuncta vident, quæ fatus erat cælestis ad illos
Nuncius, & raptim puerum reuerenter adorant,
Primitiasq; gregis, triplicemq; ex ordine fœtum
Matris ab vberibus primo pro munere prabent.
Inde reuertentes claro sermone per omneis
Diuulgant populos sancta de Virgine natum
Esse Deum, & proprijs oculis vidisse fatentur.
Mirantur iuuenesq; senes, castæq; puellæ,
Matres, atque viri Pastores tanta referre
Incrementa Dei; & populis discrimine nullo
Persuadere vident cælo venisse salutem.
At Iessæa Dei genitrix seruabat in alto
Pectore, quæ audierat; secumq; agitabat honores,
Gaudiaq;, & fastus, æterna mente repostos.

Multa

Multa Deum talis venturum ad lumina vitæ
Virgineo ex partu signis docuere benignis.
Nam Delphis sine voce fuit, sine honore Sacerdos;
Et siluit, qui oracla dabat, sicq; esse locutum
Accipimus tandem, dum tanta silentia reges
Admirarentur penitus, caussamq; rogarent.
Me puer Hebreus Diuos Deus ipse gubernans
Cedere sede iubet, tristemq; redire sub Orcum.
Colle super, Tyberim qui respicit, igne superno
Tacta Deum simulachra ferunt, resolutaq; flammis
In liquidos conuersa lacus, deiectaq; Diuum
Esse locis monumenta: Iouis cecidisse vetustam
Effigiem; & Pario confectam ex marmore sæuam
Quadrupedem, ingentem penitus traxisse ruinam,
Cum gemino fœtu Tarpeio in colle locatam.
Iura quoque, & leges duris incisa columnis
Esse nouis deleta modis, nec posse videri.
Vidit & Augustus Capitoli ex monte per auras
Phœbeos iuxta radios, circumq; supraq;
Appositum ex auro solium, medioq; sedentem
Iessæam iuuenem, paruum Sotera tenentem
Amplexum proprijs vlnis, vt prouida vates
Dixerat obscuris verborum ambagibus olim.
In flauumq; Tybrim manantibus vndiq; riuis
Pingue oleum fluxisse ferunt, cursuq; frequenti
Admonuisse p[ro]lis venturum in sæcula regem.
Pax quoque, quæ nuper cœlo, terraq; mariq;

Cic. de Diuin. lib. 2. Arnol. aduer. gét. lib. 3. Niceph. lib. 1. c. 17. Suid. in hist. verb. Aug. Cedren. in comp. hist. & Card. Baro. in App. ad Ann. Eccl. t. 1. c. 19.

Suet. in Aug. c. 94. Dio. lib. 37. & Cardin. Baro. in App. ad Ann. Eccl. t. 1. c. 18.

Paullus Orof. lib. 6. c. 20. & Card. Baron. in App. ad Ann. Eccles. c. 20. & in Ann. t. 1. c. 7.

Paull. Orof. vbi supra.

Parta fuit, Iamq́; fores quæ vectibus arcis
Clausit, & æterna plenum formidine Martem
Post tergum centum nodis, centumq́; catenis
Deuinctum, & totum vomitantem bella per orbem
Coniecit trepidum, & valuas ad dura reuoluit
Limina, monstrauit, pacis quòd conditor orbem
Ingrederetur ouans, mundum vt renouaret, & æqui
Fundamenta daret totum mansura per æuum.
Plurima sunt etiam sacris in postibus arma;
Captiui pendent currus, curuæq́; secures,
Et cristæ capitum, & portarum ingentia claustra,
Spiculaq́;, clypeiq́;, ereptaq́; rostra carinis.
Apparentq́; Getæ victi trepidantibus armis,
Hyrcaniq́;, Arabesq́; simul, Parthiq́; feroces,
Et Nabathæa phalanx, & pictus cernitur Indus.
Cantaber inuictus gladijs confisus iniquis
Victus adest, vastumq́; facit per templa triumphum.
Nocte etiam tanta, qua Soter prodijt almo
Virginis ex vtero, colles, quos turba feraceis
Engaddi Iudæa vocant, cum fronde virenti
Arboribus summisse flores per rura tulerunt,
Balsamaq́; in populos plenis fudere lagenis.
Imò etiam Augustus, rerum qui iura gubernat,
Sæpe recusauit Dominum pro nomine dici
Supremi Ducis, & tantos contempsit honores,
Quos populus, ciuesq́; Duci tribuere potenti.
Et quanquam Augusto iam Norica signa dederũt,
Illyri-

Paull. Oros. lib. 6. c. 21.

Salom. Cant. c. 1. & Sylu. Razz. in vit. Mariæ Virg. c. 10.

Paull. Oros. lib. 6. c. 22.

Idem lib. 6. c. 21.

Illiricique, Dacæque omnes, Tracesque tributum;
Et Moesi, & Catti, et qui Dalmata castra sequuntur.
Pannonici, Usipetesque feri, duriique Cherusci,
Sarmatij, Sueuique Duces, fortesque Sicambri,
Quique bibunt Rhenũ, spectantque ex montibus Istrum,
Deuinctas tribuere manus, & iura tulerunt;
Lege tamen cauit, ne voceis vulgus inaneis
Iactaret, Dominumque suum, Dominumque vocaret.
Multaque præterea totum vulgata per orbem
Monstrauere Deum mortali veste grauatum
Venturum in vitam, & sancta de Virgine natum
Cernendum humanas inter descendere curas;
Sed sinè mente homines, cæcisque erroribus acti
Haud voluere piam sanctis ambagibus, atque
Oraclis adhibere fidem, & de Cæsaris actis,
Deque suo imperio, & de successore benigno
Dicta putauerunt, commissaque sortibus olim.
Septima iamque dies aderat, iam iamque nitens sol
Clarior Eois iterum surgebat ab vndis,
Cum puer, vt Moses monitis cælestibus actus
Præcepit vobis, tum circunciditur alto
Vulnere, & haud tenuem paruo de corpore riuum
Sanguinis emittit trepidus, sentitque dolores
Ingenteis, hominemque probat se ad dira paratum.
Primitiasque offert proprio de sanguine Patri,
Cui se iam totum foret oblaturus ad aras,
Solueret vt nexum, primi quem dente nefando

Idem lib. 6. c. 12.

Card. Baron. Ann. Eccles. t. 1. c. 7.

Luc. c. 2. Genes. c. 17. & & Iosu. c. 5. acci dit in Spelun ca Epipha. in Pan. lib. 1. t. 1. circa finem. Isai. c. 12.

Gen. c. 3.

M 3 Con-

Contraxere patres, genteisq; dedere per omneis;
Poneret & finem legi, moriq; vetusto,
Et meliora daret certæ documenta salutis,
Quamuis ipse foret scelerato immunis ab haustu.
Dicitur & IESVS nomen, quod nuncius alto (Luc. c. 2.)
Attulit æthereus, Graij Sotera vocarent,
Quòd genus humanum tetro reuocarit ab Orco;
Censeturq; hominum numero, fastisq; notatur. (Paull. Oros. lib. 7. c. 3. Ioseph. 1. & 3. Epiph. vbi supra, & Card. Baron. in Notat Mar. rom. Cal. Ian.)
Dissoluit Satanæ fraudes, Ianiq; calendas,
Expulsis veterum studijs, tenebrisq; malignis,
Effecit sanctas, puroq; nitore sacrauit.
Interea extremis Arabum è regionibus adsunt
Delecti reges, donis Orientis onusti, (Matth. c. 2.)
Et Sotera Deum precibus tamen antè solutis,
Muneribusq; datis, penitus reuerenter adorant.
Mos est in Solymis, (Moses præceperat illum (Leuit. c. 2. & Luc. c. 2.)
Acceptum à superis) vt fœmina nixa virilem
Progeniem, exactis denis quater antè diebus,
Tenderet ad templum, puerumq; offerret ad aras.
Seq; agno, seu Turturibus, geminisuè columbis (Luc. c. 2. & Tymothe. Presb. Hierosl. de proph. Simeone, & Epiphan. de proph. vit. & interi. capit. 24. & Cardin. Baron. Ann. Ann. Eccles. t. 1. c. 17.)
Solueret, & tantis purgaret crimina sacris.
Tum Virgo, & Ioseph Solymorum ad regia tecta
Deueniunt, puerumq; ferunt, temploq; supremo
Antè aras sistunt, præceptaq; munera prabent.
Ecce senex aderat, Simeon cui nomen, & æqui
Seruator, iustiq; tenax, plenusq; timore,
Supremam opperiens Solimorum ex gente salutem;

Cui-

Cuique animus ſemper diuino ardebat amore,
Reſponſumq́; habuit cælo, ſe tempore nullo
Viſurum lethum, niſi Chriſtum lumine claro
Vidiſſet Dominum priùs, & tractaſſet in vlnis.
Fortè erat in templo curis intentus, & aris
Tum ſenior, Virgo puerum cum pertulit, ille
Suſcipit amplexu puerum, grateisq́; Tonanti
Mille agit, & tandem diuino hæc protulit ore;
Nunc, Pater Omnipotens, æterna in pace fidelem
Me famulum dimitte tuum; mea lumina namq́;
Iam te viderunt, ſine quo ſpes decidit omnis
Humana, & denſis errans langueſcit in vmbris.
Hoc verum eſt lumen, quod tu Deus alme paraſti
Antè omneis populos à puluinaribus altis,
Diuini vt tandem gens eſſet conſcia Verbi;
Eq́; ſuis oculis tenebras auferret, & obſtans
Velamen, rutilisq́; alis plebs poſſet amore
Inflammata tuo ſuperas euadere ad auras.
Miratur iuſtus coniux, miratur & ipſa
Antè alios Virgo; Simeon, tum ſacra reſoluens
Ora iterum, matri Ieſſææ talia dixit;
Venit in exitium multis, fecitq́; ruinam
Creſcentis nimiùm ſceleris iam paruulus heros;
Attulit & pacem multis, qui à crimine ſurgent;
Et fuit in ſignum, gentes cui dicere contra
Audebunt quondam, & crudelia fata parabunt.
Vnde tuos animos gladius penetrabit acutus,

Cãtici Simeonis traductio per D. Guidũ Guidarellium Callien.

Luc.c.2.

Multorum vt pateant mentes, & corda probentur.

Luc.c.2. & Cyrill. Cathec.10

Anna quoque hic vates Phanuelis semine creta,
Ocia degebat, proprio viduata marito,
Et senio confecta graui, & redeuntibus annis.
Hæc votis, precibusq; pijs, arisq;, Deoq;,
Haud genio indulgens, sacrisq; intenta pudicis,
Abdita parte latens sancto incumbebat honori.
Et tum fortè Deo solemnia sancta ferebat,

Tymoth.presbit. Hierosl. Serm. de prophe. Simeone & Card.Baro. Ann. Eccl.t.1. c.17.

Cum puerum illustrem Simeon suscepit in vlnis.
Nota Deo mulier diuinos incipit ortus
Effari, & puerum dicit venisse salutem.
Multaq; vaticino vates accensa furore
Concinit, haud vnquam Solymis tum credita vestris.

Matth.c.2.

Interea Herodes trepidus formidine regni
Coniurat puerum scelerato extinguere ferro.
Credit & ex Arabis regionibus affore bellum,
Cum reges nunquam redeant, nec iussa repertent
Mandata, & penitus curarum exæstuat vndis.
Audit & ex alijs Bethlem sub mœnibus vrbis
Exortum infantem, qui se cœlestibus ortum
Asserit, & Vates illum monstrare futurum,
Qui incolumen faciat ventura in sæcula gentem.
Nuncius interea volucer demissus ab alto
Astitit, admonuitq; Virum, cum prole superna
Niliacas raptim sese conferret ad vrbeis
Propter Idumæi regnum crudele Tyranni.
Postquàm autem Herodes inferna est sede receptus,

Her-

Hermopolim, Ægyptumq; omnẽ, Nilumq; reliquit
Virgine cum sancta Ioseph; puerumq; reduxit
Nazaream intra vrbem, patriaq; intra hospita tecta.
Et Deus humana lustrans sub imagine terras,
Dum vix bis senos ætatis duceret annos,
Incipit eximiam virtutem prodere factis.
Marmorei sed enim media testudine templi
Doctorum cœtu septus non arte magistra,
Sed Patris ingenita Sophia (mirabile dictu)
Euoluit latebris vatum monumenta priorum.
Post hæc, Iordanis colerem dum fluminis arua
More meo: eccè venit genitus de Virgine sancta;
Qui iuuenis poterat, poteratq; ætate videri
Esse vir exacta; lustris sex namq; peractis,
Factus erat tandem plenis robustior annis.
Venit, & immensi cui parent sydera mundi,
Rex ibat Superùm, velut è mortalibus vnus.
Vt primùm in regem venientem lumina fixi
Æternum, æterni magna vi numinis actus,
Ter, raptim exclamo, te ô luce nitentior omni,
Qui priscam terris venisti abstergere labem,
Mortalis regum Dominum, cœliq; potentem
Ausim ego delenti sordeis pertinguere lympha?
Quin tu me sceleris pollutum labe vetustæ
Elue, natiuumq; mihi nunc redde nitorem,
Sordida quem rapuit primæui noxa parentis.
Ille autem, ne obsiste, inquit sic conuenit omne.

Matth. cap. 3. Mar. c. 1. Luc. c. 3. Io. c. 1. & Card. Baro. in App. ad Ann. Eccl. r. 83. 84. 85. & in Ann. Eccles. tom. 1. ann. Christi 31. c. 13. 14. 15

Nos

Nos superare æuum: porrò discrimine nullo
Me quoque mortalem veluti perfunde liquore.
Hæc ait, & pariter fert sacra ad flumina gressus,
Sancta pedum figens vdis vestigia arenis,
Ipse ministerium subiens, de flumine lympham
Exhausi, & plenis perfudi tempora palmis.
Egreditur fluuio, & iunctam vix presserat vdis
Tellurem pedibus, superûm cum rector ab alto
Præsenti in luce emicuit, totusq; repentè
E summo sese patefecit culmine Olympus.
Tunc se diuinum demittens flamen ab astris
Accessit proprius terras, mitisq; columbæ
Haud dubiũ in morẽ apparens, quã humana viderent
Lumina, consedit supremi in vertice regis.
Intonuit, sonitusq; nouos dedit arduus æther,
Et vox supremi sic est audita parentis;
Hic meus est, antè omne fuit qui, filius, æuum,
Hunc æternus Amor semper mihi iunxit, & idem
Diuinam clausit mortali in corpore mentem,
Ipsemet hisce oculis vidi, atque his auribus hausi
Cælestem hanc vocem, & testis per verumq; Bootem
Gentibus euoluam, donec mihi vita manebit.

Plin. nat. hist. lib. 5. c. 15.

Hic fluuius summis libani è radicibus ortus
Nomen habet geminis sumptum de fontibus; inde
Iudæos lustrat colleis, camposq; feraceis
Reddit, & inuitus diram se in gurgitis oram
Asphaltitis agit, nomenq; amittit, & vndas.

Cursi-

Cursibus in medijs, vbi rex hominumq; Deumq;
Se confessus erat, patrisq; acceperat omen,
Cogit aquas, sursumq; premit, curueq; reflexu
In lati morem stagni, placideq; paludis,
In sua conuertit redeunteis flumina lymphas,
Hic miram fluuius virtutem, altumq; vigorem
Continet, & placidas passim diffundit in vndas.
Expellit tristeis morbos, effœtaq; membra
Restituit, curatq; artus, & languida tabo
Vlcera sanguineo solida compagine firmat.
Atque animis Aconita fugat, stygiumq; venenum
Depositis intus furijs virtute potenti
In sanctos vsus conuertit, & addit honorem.
Abrumpit linguas, & dura silentia soluit;
Et noctem fugat ex oculis, sæuosq; dolores
Sedat, & optatam reddit per membra quietem.
Hic claudi subitos extendunt poplite gressus,
Et neruis labefacta, diuq; tremantia membra
Hic restringuntur; validasq; resumere vires
Sæpius aspexi, quæ corpora surgere lecto
Haud potuere diu; & certassent alite passu.
O fœlix flumen; super omnia flumina fœlix;
Nam te iam Nili supra septemplicis ortus,
Supra Indum, & Gangem, fontemq; binominis Istri,
Rex tulit æthereus; te iam Tyberiq;, Padoq;,
Qui Ausonijs Ducibus sublimia sceptra ministrãt,
Prætulit, atque tuos astris æquauit honores.

Greg. Turon. de gloria martyr c. 17. Beda de loc. sanct. c. 13. & Cardi. Baron. Ann. Eccl. t. 1. ann. Christi, 31. c. 15.

Multa

Multa equidem maiora fide, sed vera, sed ipse
Quæ tribuit lymphis, possem nunc ore referre.
Sed vos hæc, Solymi, partim vidistis, & ipsi
Partim in corporibus potuistis cernere vestris.
Quid loquor hæc vltra? post talia facta per hosce
Sæpius occurrit colleis, mortalis vt esset,
Rex superum, seq; omnibus obtulit ille videndum.
Et quanquam in lucem venit me serior, ortus
Præcessit tamen ille meos, longeq; potentem
Ante alios vnum hunc supplex veneratus adoro.
Talia diuino Vates fundebat ab ore,
Attonitos pascens vitæ melioris amore.
Plebs ignara fidem dabat: at qui summa tenebant
Imperia, & regnum dira impietate regebant,
Irrita dicebant Vatis responsa, nouumq;
Expectandum illud lustris labentibus æuum.
Legati hæc referunt, vatisq; ingentia facta
Vana putant: Solymiq; patres hæc omnia ventur
Ficta per ambages, vt fallat numine falso
Humanas gentis, laqueisq; inuoluat, & vmbris.

Matth.c.14. & Marc.c.6.

Herodes tum sceptra patris, partemq; tenebat
Diuitis imperij, & patrij cognominis hæres.
Impietate tamen patrem referebat, & acer
In sanctos vates odia exercebat, & iras.
Huic germanus erat natu, regnoq; Philippus
Inferior, factisq; minor, & viribus impar.
Cui fuerat coniux forma vt præstantior vna,

Sic scelere antè alias, animoq́ immanior omneis,
Hanc sibi coniunxit spreto rex fratre superbus
Concubitu incæsto, vetitoq́ tenebat amore;
Contempsitq́ thorum, quem diues Areta parauit
Rex Arabum nuper, natam dum iunxerat illi.
Tam dirum facinus, tantiq́ incendia facti
Sensit Ioannes; verbisq́ coarguit, atque
Sæpe minabatur sæuos instare tumultus
Horrifico regi, & scelerata morte daturum
Supplicia; & pœnas fratri, nisi iura relinquat
Libera coniugij; & seruet sanctissima lecti
Fœdera; nec placitum reprobet virtutis honorem.
Ille pijs mentem paullatim aduertere dictis
Cœperat, atque animum nunc huc, nunc diuidit illuc,
In parteisq́ rapit varias, perq́ omnia versat.
Ac veluti annosam valido cum robore pinum
Auster atrox, Boreasq́ fremens euertere certant:
Quò cadat, in dubio est; venti sed si impetus alter
Accidat, haud alios valet expectare tumultus;
Corruit, & multam prosternit pondere syluam.
Haud secus Herodem timor, atque amor vndiq́ cogũt
Flectere nutanteis animos, & vertere mentem.
Illa labantem animum sensit, molleis q́ repente
Implicat illecebras, lachrymasq́ admiscet, & inde
Protinus in mollis sese demittit amantis
Mæsta sinum, largis perfundens fletibus ora.
Talibus Herodes stimulis superatus, & arte,

Diui-

Diuinum Vatem tenebroso carcere claudit.
Fortè dies solemnis erat, rexq; ocia turbæ
Dixerat, & primos recolens natalis honores,
Lætitia explebat populum, dapibusq; superbis
Pascebat, memoreisq; sui faciebat in annos.
Discubuit procerum medius, solioq; paterno
Celsior Herodes mensis consedit iniquis.
Inde omnes genio indulgent, potantq; vicissim
Spumanteis pateras, se seq; ad pocula poscunt.
Iamq; mero incaluere animi, cum filia regis,
Concubitu vetito, tædisq; creata nefandis,
Eccè venit. Flauos crines nodauit in aurum
Huic mater, chlamidemq; dedit, quam limbus obibat
Aureus, argentoq; grauem gemmisq; coruscam
Signa pererrabant viuis distincta figuris.
Ora colorato pinxit fulgentia fuco,
Et grauibus teneras aureis, & pectora gemmis,
Candidaq; accinxit baccato colla monili.
Tum costum, myrrhamq; adhibet, nardoq; nitenti
Spargit, & in totam fragranteis fundit odores.
Docta erat hæc etiam molleis effingere saltus,
Fœmineos celebrare choros, cœtusq; virileis,
Et celereis glomerare pedeis, & flectere cursus
In gyrum, & varios componere passibus orbeis,
His tum compta modis, plenis iam nubilis annis,
Sed petulans, nullumq; gerens in fronte pudorem
Nata Herodiadis, sublimem venit in aulam,

Et

Et patrem, & proceres præmolli voce salutat.
Excipiunt illam cuncti, & mirantur euntem.
Rex haud ignarus lusus, artisq; puellæ,
Imperat, vt doctos edat tum corpore motus,
Incipit illa vago vestigia ponere gressu.
Ad sonitum cytharæ, nec inaniter ocia rumpit.
Iamq; hos absoluit, iamq; illos diuidit orbeis,
Marmoraq; alta quatit pedibus, nunc ordine plantas
Ionium in morem suspendit, & atria circum
In numerum, rectoq; agilis se corpore motat.
Et modò veloceis, tardas modò cauta ferebat
Intrepido motu plantas, celeriq; recessu
Ibat ad Herodem saliens, saliensq; repentè
Sæpè recedebat, circumq; ,supraq; reccurrens
Confestim pedibus totam lustrabat arenam.
Illa pedes lætæ segetis per summa tulisset
Gramina, nec stanteis cursu violasset aristas;
Et mare per medium suspensa tumentibus vndis
Eduxisset iter, celereis nec in æquore plantas
Mersisset. Scythica non segniùs ire sagitta.
Visa fuit Solymis, & laudauere Tribuni,
Et Scribæ eximiam membrorum, & corporis artem.
Imperat Herodes, poscat quodcunque lubebit,
Se concessurum, partem si exposcere regni
Audeat: affirmat; Diuosq; in vota vocauit.
Senserat hoc Satanas inferna ex sede, nec vltra
Exorsus differre potest; ex tempore sæuum

Hierony. Angelitus in histor. S. Mariæ Lauretanæ.

Horri-

Horribilem immittit, caput vt persuadeat aptè
Poscendum sacri Vatis, nè dirus iniqui
Crimen adulterij, & commentos arguat vsus.
Illo non quisquam solertiùs horrida nectit
Prælia, nec meliùs mortaleis concutit artus;
Persuadetq; malum, & fallacibus ora resoluit
Iudicibus, semperq; effuso sanguine gaudet.
Affuit extemplò Cocyti ex sede minister
Horridus, & saui furiarum plenus Auerni,
Intra animũ, pectusq; intrat, linguamq; prophanam
Instituit insana regina, vt Vatis honorem
Supprimat, & cæco maneat sub amore Tyranni.
Continuò illa priùs monita à genitrice, quid esset
Poscendum, exclamat, Caput à ceruice reuulsum
Ioannis posco; caput hoc pro munere posco.
At rex quamquam horret, populus nè duriùs æquo
Hoc ferat, alta tamen promissi iura reuoluens,
Enecat hic Vatem, & dirò sub carceris antro
Intra vrbem, Solymi quã olim Macherunta vocabãt,
Auellit caput ex humeris, discoq; cruentum,
Dum iacet exanimis tenebroso in carcere truncus
Et natæ, & matri magno pro munere donat.

Ioseph. Ant. lib. 18. c. 7. & Card. Baron. Ann. Eccle. t. 1. ann. Christi 32. c. 3.

Libri Sexti Finis.

SOTERIDOS
Libri Septimi
ARGVMENTVM.

SOTER tentantem Satanam procul arcet, & vndas
Nectareum in laticem conuertit; pellit ab æde
Vendenteis sacra; ad puteumq; dat ore salutem
Sammariæ iuueni; sociosq; ex æquore ducit.
Voce Socrum Petri, & tercentos liberat ægros;
Incolumeisq; facit nautas, & ducit ab auro
Matthæum; & Petrum socij caput esse fatentur.
Et recipit Mariam, & socios virtutibus auget.

SEBASTIANI MACCII DVRANTINI SOTERIDOS

Liber Septimus.

Matt. cap. 4. Marc. cap. 1. Luc. cap. 4. & Card. Baron. Ann. Eccles. t. 1. ann. Christi 31. c. 16.

DVXERAT ante tamen Iordano ex flumine Christum
Spiritus æthereus deserta ad culmina montis,
Aut ea nunc, olim syluestribus horrida dumis.
Cumq; quater denis mansisset spon.e diebus
Absque cibo, & potu, tandem mortalis vt vnus
Esuriit, lassusq; fame, & languore solutus
Montis inaccessi syluestria rura tenebat.
Ecce ubi Satanas, inferna ex sede profectus.
Tentat, vt appositos, soboles si Regis Olympi,
Conuertat lapides optati in munera panis.

Deut. c. 8.

Audijtat postquam non solo viuere pane
Posse hominem, Verbum sed quod demittit ab ore
Omni-

Omnipotens Genitor, mortalibus indere vitam,
Protinus assumpsit manibus Sotera prophanis,
(Tantum amor, & pietas diuino in pectore possunt,
Ut se etiam Satanæ Soter permittat agendum)
Inq; altis pinnis, summoq; cacumine templi
Constituit, tandemq; interritus addidit vltrò.
Si soboles es certa Dei, si natus ab illo,
Da modo te in præceps tanti de culmine templi;
Est etenim in fatis, solidoq; Adamante notatum. Psalm. 90.
Syderei iuuenes mandato Regis Olympi
Te tollent manibus, pedibus ne fortè paratum
Offendas lapidem, subeasq; pericula vitæ.
Ille sed hæc contra. Solido & est Adamante notatū, Deut. c. 6.
Non dictis, factisuè tuis Dominumq;, Deumq;,
Qui tuus est, vllo tentabis tempore, Mosi
Hoc Pater Omnipotens seruandum tradidit olim.
Illum iterum Satanas assumptum duxit in altum
Syderei montis culmen, summoq; locauit.
Hinc triplicem mundū, Phœbo sub vtroque iacentem
Imperijs grauidum, & fœlicibus vndiq; regnis
Exhaustum ostendit, posuitq; ante ora videndum.
Inde ait. Ista tibi tradam, si cernuus hic me
Prorsus adorabis. Sed talia rettulit ille;
Vade retrò Satana; dictum est nam gentibus olim,
Tu Dominumq;, Deumq; tuum, etsi inuitus, et exspes, Deut. c. 6.
Prorsus adorabis, semperq; ingentia tanto
Obsequia auctori, supremaq; munia reddes,

Tartareus Princeps, verbis sublimibus actus,
It procul, atq; imas Herebi descendit ad vmbras.
Ecce autem iuuenes delapsi ex æthere summo
Circunstant Sotera suum, lætiq; ministrant.
Iam spatia emensus summum conscenderat axem
Phœbeius currus, litusq; petebat Iberum,
Cum summo veniens Soter de monte tenebat
Planitiem latam, & deserta per arua meabat
Flumen apud, propriæ contemnens commoda vitæ;
Protinus ecce oculis trepidum videt ire Simonem
Cum Fratre Andrea, sanctæ duo lumina vitæ,
Atq; ait; Es Ionatha vatum de sanguine cretus
Care Simon, quondam diceris nomine Cephas,
Quod nostri Petrum conuerso nomine dicunt.
Inde petens etiam Galilaia rura, Philippum
Vidit, & hunc dictis etiam appellauit amicis;
Me sequere; & secum iuris, legumq; peritum
Duxit Nathanael, homines sine crimine sanctos.

Io.c.1.Epiph. heres.51.& Sophro.hom. de cert.ss. Petri, & Paulli, & Card. Baron. Ann.Eccles.t.1.ann Christ. 31.c.17.& seq. Hieronym. in ep. ad Galat. & alij

Io.c.1.

Inde etiam intra vrbem, quam dicūt nomine Canam,
Zeloti iuueni tædas, castæq; puellæ
Nectebat lætus socios Hymenæus in annos.
Huc Soter, sociiq; omnes de more vocantur.
Connubium vt tantum celebrent, & fausta precentur
Munera coniugij, & mensis fœlicibus adsint.
Defuit hic vinum postremæ in munera mensæ;
Sed Soter plenas latice exundante lagenas
Nectareum in laticem vertit, (mirabile dictu)

Ioan.cap. 2.& Card. Baron. Ann.Eccl. t 1. ann, Christ.31 c.23.& seqq.

Pocula

Pocula quò possent mensis exhausta reponi.
Tmolus non illo melius, non fertilis Aulon,
Non Thasus, aut sacro Durantes Robore clarus,
Collis vbi assurgit generosis Maccius vuis
Diues, & Italiam precioso munere donat,
Produxere vnquam, multis nec cognitus oris
Pausilypus talem misit tibi, Roma, liquorem.
Non Pratale, rigat fausto quod rore Metaurus,
Pastor & ardenti regit Accorombonus arte,
Talia vina parit, quamuis non firmius illis
Romuleus Pastor venturos seruet in annos.
Obstupuere omnes, tantiq; exordia facti
Extollunt cælo, seruatoremq; fatentur
Aduenisse Deum, promissum gentibus olim.
Hic Helenæ quondã magnũ, & venerabile Templũ
Extruxit, tanti vt gentes miracula facti
Exciperent, animisq; pijs, & corde tenerent.
His ita perfectis, Galilea Capharnaa venit
Et matre, & comitum cœtu stipatus amico.
Tertia iamq; dies aderat, cum tendit ad vrbem
Intrepidus Solymam, vt festis solemnibus adsit.
Vrbe fuit summa tenueis erectus in auras
Vndiq; mons præceps, factus non arte magistra,
Sed natura parens in eo simulauerat artem;
Nomine quem Moriam Solymi dixere priores.
Maximus hic hominum genitor natum obtulit olim
Æterna Patri, vt iussis pareret amicis;

Niceph hist. lib 8. c. 30. & Burchar. par. 1. c 6. §. 1. & Card. Baron. Ann. Eccl. t. 1. ann. Christi 31. c. c. 31.
Io. c. 2. & Car. Baro. vbi sup. c 32.
Io. c 2 & Car. Bard. vbi sup. c. 33.
Christianus Adrichonius vbi Hierosol. descript. n. 53

Sexcentisq; illum siclis Rex magnus ab Orna
Excepit, grandemq; extruxit prouidus aram.
Dauide progenitus, sed cædibus vndiq; purus
Hic quoque rex Salomon construxit nobile templum.

Id. Christ. vbi supr. nu. 75 & seq.

Est Adytum in summo, reliquis à partibus ædis
Seiunctum penitus secreta in parte repostum.
Marmore sternuntur strata, & super abiete multa
Fulta manent solido summum complectitur auro.
At muros circum lapides, silicesq; politi
Construxere intus, sed Cedro saxa teguntur;
Iungitur atque auro Cedrus, vestitur & auro.
Tectum etiam ex auro solido exhorrebat acutis
Ex auro verubus, volucrum nè ad fœda pateret.
Fœderis hic Arca, ex puro contecta metallo,
Seruabatur adhuc, summo splendore coruscans.
Intus erant legum tabulæ, & plenissima Manna
Vrna nitens, secumq; supremi Virga manebat
Sancta Sacerdotis, Præceptaq; maxima Regum.
Hic duo præterea iuuenes spatiantibus alis
Stabant, atque Aream mediam cum sede tenebant,
Vnde Deus responsa dabat, tenebrisq; malignis
Humanos animos mira pietate leuabat.
Sancta vocabantur Sanctorum; maxima namq;
Sanctaq; maiestas tribuit venerabile nomen.
Vnde semel tantùm, cum sol remearet ad ortum,
Signorum spatijs curru properante peractis,
Maximus intrabat solus loca sancta Sacerdos,

Vt

Vt Vituli offerret combusti ad castra cruorem,
Placaretq; Deum, & populi transgressa piaret.
Altera pars templi spatijs æqualibus inde
Subsequitur, paritiq; nitet decorata metallo.
Hic vetus est Ara, & medio manet aurea templo.
Hic matutinus, serusq; hic sancta Sacerdos
Thura cremat, variosq; Deo conspergit odores.
Hic Candelabrum templi de parte sinistra
Cernitur, & septem distinctus cornibus Ignis.
Haud procul hinc etiam nitidis argenteus vndis
Fons oritur, nulloq; viget superabilis æstu.
Mensa erat à dextra puro confecta metallo,
Bis senos vbi seruabat de more Sacerdos
Triticeos panes, phialis cum thure paratis.
Pontificisq; aderat votum soluentis imago,
Maiestas cui sancta inerat, diuinaq; vultus
Effigies, totoq; erat admirabilis ore.
Hic etiam antè fores Sanctorum nobile Velum
Coccineum, & multo satiatum muryce stabat,
Suspensum ad murum, sanctam qui intercipit ædem.
Huc etiam intrabant soli sinè crimine quoquam
Pura Sacerdotes portantes munera templo.
Tertia pars autem Pario de marmore facta
Vestibulum interius Solymorum nomine dictum.
Hic Altare sedet, sub quo demissus ab alto
Ignis perpetuos feruet mansurus in annos.
AErea Concha etiam, & Labrum Salomonis, et alta

Id. Christ vbi supr. nu. 80. & seq.

Vestibus addictæ Turres, & Porticus adsunt.
Huc soli intrabant Solymi, qui crimine nullo
Infecti, castos agerent sine labibus annos.

Id. Christ. vbi sapr. nu. 101. & seq.

Postremos aditus templi molimine claudit
Vestibulum exterius, circumq; est Porticus ingens,
In medio lapidum grauidi cernuntur acerui.
Hic Aquila Herodis templo exaugebat honores,
Thesauriq; locus, Solisq; effficta potestas,
Et vastæ Turres, vnde altum buccina signum
Proderet, & populum decreta ad sacra vocaret:
Atria templorum Solymi, gentesq; vocarunt.
Tantā autē molem, & tantùm venerabile templum
In numerum positæ, & capite ad cœlestia ductæ
Ex auro intextæ sustollunt mille columnæ.
Hinc, atque hinc thalami circumq;, supraq; locati
Astabant, sanctæ quos matres, atque puellæ
Incoluere olim, & sancto indulsere pudori.
Parte sacerdotes alia tenuere penateis,
Ut templo astarent, populumq; ad vota iuuarent.
Tum puro ex auro postes, ærataq; circum
Cum solidis valuis portarum ingentia claustra.
Contectumq; auro totum miracula rerum
Esse videbatur, nec erat præstantius illo
Quicquam aliud, nec erat quicquā tunc sanctius illo.
Huc matrumq;, patrumq; chori, iuuenesq;, senesq;,
Tamq; hominum vulgus, quàm claro sanguine creti
Ingressum optatum tum domum ad limen habebant.

Huc

Huc etiam venit Soter, celebraret vt altum
Aeterni Patris Pascha, & renouaret honores.
Vestibulum ingressus, genteis temerare sacratum
Miratur templum, & manibus fœdare nefandis
Excelsas aras, rebus nec parcere sacris,
Discursuq; locum, & strepitu resonare prophano.
Protinus, effecto de funibus antè flagello,
Qui pecorumq;, ouiumq; greges, quiq; are columbas
Pensabant, quæ plebs ærata imponeret ara,
Voti vt quisquis reus, rerumq; vt copia cuiq;,
Vestibulo, & tota imperterritus expulit æde.
Vno, eodemq; modo nummorum euertit aceruos,
Atque graueis auro mensas, Abacosq; nitenteis
Deiecit penitus, nec quisquam restitit illi.
Regia qualis auis, cœlo dum fertur aperto,
Intrepidas agitat proprijs virtutibus alas,
Vulgus & hinc auium pennis, rostroq; retorto
Dissipat, & pedibus penitus diuerberat vncis,
Liberaq; hic tandem toto spatiatur Olympo.
Talis erat Soter, talem se interritus egit.
Inde ait. E templo sceleratas tollite merces,
Nè domus excelsi Patris domus vna gerendi
Sit sceleris, postesq; audaci crimine maneant.
At Solymi hæc contra. Quæ nobis certa ministras
Signa potestatis, facias cur talia solus?
Ille ait; Hoc templum dissoluite funditus, ipse
Antea, quàm repetat cœlum ter Phœbus, ab imo
Re-

Io c. 2. & Car Bar. Ann. Eccles. t. 1. ann. Christi 31. c. 33.

Matth. c. 26. & 27. Marc. c. 14. Io. c. 2. & Card. Baron. Ann. Eccl t. 1. ann. Christi 31. c. 33. & 34.

Restituam, & factũ haud vnquam dubitabitur istud.
Mira refers, aliqui clamabant; fecerat illud
Uox nono tandem lustro rex gentis Iudæ;
Tu verò ternis (facta admiranda) diebus
Asseris ex imo renouatum reddere fundo.
Sed veriti vltricem dextram, sæuumq; flagellum
Excessere adytis, nequicquam indigna minati.
Hic inter Solymos Nicodemus, maximus heros,
Nocte intempesta, cum Sol tellure sub alta est,
Ad Iesum accedens didicit cælestia vitæ
Munera, & humanis nunquam confidere rebus.
Post hæc Iudæas Soter progressus in oras
Fonte sacro Petrum lauat; & de flumine eodem
Andream Petrus sumptis viuacibus vndis
Abluit, & primæ delet transgressa Parentis.
Andreas autem, vt Petri mandata sequatur,
Soteris lauat affines, & purgat in vndis.
Hinc reliqui antiquam ponunt de pectore labem.
Talia dum fiunt, extemplo missus ab alto
Spiritus, humano haud cernendus lumine cuiquam
Spiritus, Herodes detrusum in vincla Ioannem
Imperio defert, populosq; ambagibus implet.
Spiritus æterni Genitoris nexus, & arctum
Æternæ sobolis vinclum, atque æterna voluntas.
Sanctus Amor, flamenq; bonus; sunt nomina mille,
Mille iuuandi artes fœcundo in pectore perstant.
Una tamen natura viget cum Patre potenti,

Cumq;

Io. cap. 3.

Io. c. 3. & Niceph. lib. 2. c. 3. & Sophro. in prat. spi. c. 76. & Tert. lib. de Bapt. & D. Aug. ep. 108.

Cumq; eius genito; nec ab illis tempore differt;
Aeterna ratione tamen procedit ab illis.
Vna etiam virtus, vnus vigor, vna potestas
Flaminis, & nati, & patris persistit in vna
Natura, licet hunc spirent sine finibus ambo.
Estq; Deus flamen, veluti natusq;, Paterq;
Est Deus, estq; Deus semper tamen vnus, & idem,
Nec treis esse Deos vlla ratione putandum est.
Vnus & his cultus, laudum genus omnibus vnum,
Vnica relligio, & discrimine gloria nullo
Proditur, & paribus venerantur numina votis.
Ingenium hinc nobis, hinc virtus, robur, & inde
Est diuinus Amor, pietasq;, & cætera, nobis
Qu prodesse queunt, descendunt tramite certo.
Quidq; boni, sanctiq; viget terraq;, mariq;,
Et cælo, & varijs animantibus, omnia ab illo
Proueniunt, propriaq; orbem virtute tuetur.
Cuncta etiam nouit: nouit, quæcunque fuerunt,
Et quæ mox fiant, & quæ ventura sequantur.
Cuncta oculis subiecta suis, quia cuncta gubernat,
Et fouet, & rerum cunctarum est prouidus auctor.
Vidit & Herodem in sanctum sæuire prophetam,
Vesana vt miseri fratris cum coniuge posset
Viuere liberius, animosq; explere prophanos;
Nunciat & raptim Soteri, atque omnia monstrat.
Talia sed postquam didicit Sanctissimus Heros,
Protinus immani cedendum existimat iræ,

Nec

Matt.cap.14. Marc. cap. 1. Luc c. 3. Iansen.c.22. Iose. Ant. lib. 17.c. 7.& Card Baro. Ann. Eccl. t.1.ann. Christi 31 c. 38.& seq. Io.c.4 & Car. Bar. Ann. Eccles.t. 1. ann. Christi 31. c. 44.& seq.

Nec tentandum vltra Solymorum accendere menteis;
Hinc abit, & raptim Galilæas tendit ad vrbeis.
Sammariā ante tamen petijt, iuxtaq; Marmotham
Constitit ad putei fontem sub monte Garizim.
Condidit hunc Iacob, Iosephq; adiecit habendum
Cum fundo, atque greges iussit, repararet ab æstu
Perpetuis vndis, sitientiaq; ora leuaret.
Marmorea hic in sede sedens, repararet vt artus
Longo errore viæ fessos, documenta salutis
Fœmineæ fortis iuuenem ratione potentis
Edocuit, fecitq; piam, tantoq; repleuit
Numine, vt in populos transmissa accenderit vrbeis
Æthereis curis, tetroq; remouerit Orco.

Io.c.4.

Hinc iterum Canam redijt festinus ad vrbem;
Vtq; sacram excelsis virtutem proderet actis,
Regem rege satum, & summo de sanguine cretum,
Innumeris actum morbis, iamq; horrida lethi
Tentantem hospitia, & postrema in luce manentem,
Restituit patri, & vitæ reuocauit ad vsum.
Nazaream inde vrbem Cana digressus adibat;
Inde Capharnenseis petijt, monstraret vt illis,
Innumerisq; alijs veræ incrementa salutis.

Matt.cap.4. Marc. cap. 1. Luc.c.5. Concord. Euang. c.26.& Card. Baro. Ann. Eccles.t. 1. ann Christi 31. c. 51.

Dumq; maris flauas pedibus calcaret arenas,
Humani generis penitus pietate laborans,
Æquoribus medijs vidit captare Simonem
Cum fratre Andrea salienteis gurgite pisceis;
Atque ait, O socij, vestrum properate magistrum

Sponte

Sponte sequi, gressusq; meos seruate volentes;
Uos piscatores faciam sinè rhete virorum.
Illi continuò cymbaq;, plagisq; relictis
Et seruatorem, & Dominum, & Sotera sequuntur.
Inde Zebedidas claro de sanguine natos
Prospicit audaci flectenteis remige cymbam,
Rhetiaq; aptenteis cum Patre, vt dextra rediret
Pisce domum grauis, optatoq; onerata lucello.
Hos etiam, vt vidit, verbis affatur amicis:
Me, Iuuenes, properate sequi. Quod protinus illi
Excipiunt, fragilemq; patri, & sine nomine cymbam
Destituunt, Dominumq; suum, & Sotera sequuntur.
Multaq; praeterea hic fecit miracula Soter;
Namq; hominum pedibus nexus sic abstulit arctos,
Ut positis metis certassent alite passu;
Multorumq; oculis sub nocte natantibus atra
Cernendi tribuit sensum; rupitq; silenteis
Multorum linguas; aureis patefecit; & artus
Correptos morbis curauit voce potenti,
Eumenidumq; choros, furiarumq; horrida terga,
Et Satanae ingenitam rabiem, stimulosq; furenteis
Ex atro Phlegetonte animis ad crimina missos,
Expulit à multis, optatamq; inde salutem
Corporibusq;, animisq; aegris faeliciter auxit.
Tantorum iam fama operum compleuerat vrbeis
Finitimas, lateq; in genteis creuerat omneis;
Syriacumq; adijt regem; dixere priores

Mat.c.4.&.ij. Marc. cap. 1. Luc.cap.4. & Card. Baron. Ann.Ecclef.t. 1. ann. Crift. 31.c.51.

Euseb.hist. l.1 c.13. & Card. Bar. Ann. Ecclef.tit.1. ann. Christ.31.c.51 52.53.54.

Nomine

Nomine Abagarum, regnatorem vrbis Edessæ.
Cœperat hic aliquo compleri lumine mentis;
Vnde Deo plenus, morbisq; tenacibus actus,
Scripserat ad Iesum, & factorum mira reuoluens,
Attestansq; Deo genitum, vel sedibus altis
Esse Deum, & veram genti aduenisse salutem,
Exhortabatur, propriam transiret ad vrbem,
Cederet & Solymis, fugeretq; inglorius iras;
Curaretq; grauem morbum, quo corpore toto
Conflictabatur, cruciataq; membra gerebat.
At Iesus contra rescripsit talibus illi.
O fœlix Princeps, & terq;, quaterq; beate,
Qui licet haud vllo me noris tempore, nostrum
Ipse tamen nunquam renuisti credere nomen:
Est etenim scriptum. Qui nos videre, negarunt
Credere, vt externi, qui non videre, valerent
Credere, & æternæ vitæ mercantur honores.
Ipse modò haud veniam; nam me mandata Parentis
Hic retinent, & post ad celsa Palatia tendam.
Cum verò ante patrem fuero, tum protinus vnum
Ex socijs mittam, vt te morbo subleuet isto,
Teq;, tuosq; vocet supremæ ad munia vitæ.
His ita mandatis, vultum, quem pictor ob altum
Splendorem haud vnquam voluit confingere, lino
Expressum Soter regi mandauit habendum.
Innumera hinc gentes norunt miracula rerum;
Hinc quoque Persarum fudit sine Marte phalanges

Euag. hist. l. 4. c. 16. & Card. Bar. Ann. Eccles. t. 1 anno Christi 31. c. 55 & alij.

Ductor

Ductor, & egregium spolia effecere Philippum.
Matres, atque viri, iuuenes, castæq; puellæ,
Turbaq; , vt audiret, tum circunfusa ruebat
Ad Iesum, vtrumq; oculos, atque ora mouebat.
Cum verò ad stagnum (dixere Capernaa quondam
Stagna patres) turbas inter transiret ouanteis,
Conscendit nauim, terraq; admouit, & inde
Monstrabat Deum, & certæ documenta salutis,
Quid verum, atque decens quid sedes pandat Olympi;
Quidq; homines tandem cælestibus inferat oris.
Postea conuersus loquitur hæc verba Simoni:
Duc nauim in summũ, & vos retia mittite in æquor,
Ut præda ingenti ex vndis reuocetis onusta.
Inde Simon contra. Præceptor, nocte labores
Præterita haud paruos frustra tolerauimus ipsi;
Ut tamen ipse iubes, laxabo retia in æquor.
Fecerat ista Simon, præda cum cernit onusta
Retia, nec potuit stagno deducere pondus.
Annuit & socij, cymbam qui fortè tenebant
Gurgite vicino: hinc præda opplevere biremeis
Ingenti, vt magnum, haud possent traducere pondus.
Dumq; Simon tantum spectaret lumine factum
Haud satis expleto, cecidit taciturnus, & inde
Exi, ait, à nobis Soter; nam vexor & ipse
Criminibus multis, careo nec nomine culpæ.
Cui Soter. Esto fortis, nam cernere quibis
Talibus ex factis homines te tempore quodam

Ca-

Capturum, & prædæ hausturum melioris honores:
Nauibus hinc geminis ad terram remige pulsis,
Descendit Soter, sequitur quem Petrus, & alter
Frater, & affines contempta naue sequuntur.
Post hæc ingressus vicina Capharnaa, templo
Edocuit populum, & Satanam, qui corda premebat
Iudæi iuuenis, cæcum reiecit ad Orcum.
Inde Socrum Petri, morbis quæ oppressa malignis
Stare loco haud poterat, sanauit voce potenti:
Ægrotisq; alijs fecit sine more salutem.
Eq; animis hominum Satanæq;, Herebiq; ministros
Expulit. Ast illi per opacos aeris orbeis
Vocibus horrisonis, sonitu, strepituq; nefando
Clamabant; Christus soboles nos regis Olympi
Eijcit. Ast illis Soter conclusit apertum
Os, vetuitq; loqui, ruerent nè ad prælia gentes,
Discordesq; animos animis ignobile vulgus
Duceret, vt regem sumptis defenderet armis.
Inde abscedentem Petrus comitatur, & omnes,
Qui tum secum aderant, Christum sectantur euntem.
Verùm hominum turbæ, conuentu ad talia facto,
Ire aliò Iesum nulla ratione sinebant.
Ille autem populo testatus regna Parentis
Esse sibi pandenda alijs, Galilæa tenebat
Regna, rudeisq; homines templorum in sedibus altis
Cœlestis mandata Patris pleno ore docebat;
Tartareasq; animas, cunctis mirantibus, alta
Oraclo

Marc.c.1. Luc. c.4. Ians. Concord. Euang. & Card. Bar. Ann. Eccles. t. 1. ann. Christi 31. cap. 59.

Oraclo vocis Stygias pellebat ad vmbras
Ex animis hominum, vt requiem traducere possent.
Hic autem ex scribis quidam sese obtulit illi,
Qui se iactabat sub tanto velle magistro
Æternæ vitæ sanctas condiscere leges.
Cui Soter. Vafris speluncæ vulpibus adsunt,
Aerijsq; auibus nidos natura parauit;
Filius ast hominis caput alta lege sacratum
Ponat vbi, haud habet, aut qua tandem parte reclinet.
Dixit & hinc vni, tumulo qui inferre parentem
Solemni optabat studio de more vetusto,
Me sequere, & mitte, vt defuncta cadauera vita
Defuncti tumulent, & inania munera soluant.
Tu verò genteis inter mandata Parentis
Defer, & in populos pande aduenisse salutem.
Tunc alius dixit, sequar, & te sedulus ipse,
Sed referam, concede, meis antè omnia primùm,
Quid faciam, quouè ire parem: Sed talia Soter
Rettulit: Haud vnquam regno cœlestis Olympi
Ille quidem dignus viuit, vel idoneus extat,
Lumina qui retrò vertit, retroq; tuetur,
Postquàm sollicitis manibus comprendit aratrum.
Post hæc conscendit, cœtu comitante, biremem;
Cumq; polo rueret, misso ad Tartessia Phœbo
Litora, nox præceps, cœloq; inferret, & orbi
Umbrarum cumulum, et requiem mortalibus ægris,
Incubuit somno, fessusq; ad transtra quieuit.

Matt. cap. 8. Luc. cap. 9. & Card. Baron. Ann. Eccl. t. 1. ann. Christi 31 cap. 59.

Matt. cap. 8. Marc. cap. 4. Luc. c. 8.

Protinus horrescunt tenebræ, & caua nubila cælum
Sollicitant, spissaq; replent caligine noctem,
Fugerat Arcturus, nec duxit plaustra Bootes,
Nec Phœbe, aut Cepheus, seu longo corpore Serpens
Cernitur, aut Taurus cælis apparuit altis.
Fulgura sed cælum, cælumq; incendia miscent
Horrifica, & piceis ardescunt ignibus axes.
Hinc pluuiæ, & multa commistus grandine nimbus
Infremit, horrisonisq; tonitribus insonat æther;
Plurimaq; ex toto descendunt fulmina cælo.
Hinc Eurusq;, Notusq; ruunt, creberq; procellis
Africus, & fundo perturbant æquor ab imo.
Aspera crescit hyems, omniq; à parte feroces
Bella gerunt venti, fretaq; indignantia miscent.
Fluctibus exigitur, cælumq; æquare videtur
Pontus, & inductas aspergine tangere nubes.
Inq; fretum apparet totum descendere cælum,
Inq; plagas cæli tumefactum scandere pontum.
Fluctibus his etiam nauis turbata Simonis
Flectitur, & nullum prodest componere palmis
Auxilium, aut vario subducere linthea motu.
Extemplò Petro soluuntur frigore membra,
Semianimesq; cadunt socij, & timor occupat omneis.
Deficit ars, animiq; cadunt; totidemq; videntur,
Quot surgunt fluctus, ruere, atque irrumpere mortes.
Tantarum hic omnes trepidi formidine rerum,
Unanimes adeunt precibus Sotera profusis;

Proq;

Proq; alijs Petrus paucis hæc edidit ore,
Iam somno exsurge, ô Soter; nostramq; biremem,
Viribus extremis ventorum, & fluctibus actam,
Incolumem serua, & nobis pereuntibus adsis.
Audijt hæc Soter, raptimq; accurrit, & alto
Imperio tumidum placauit protinus æquor;
Ventorumq; feram rabiem, tumidosq; furores
Repressit penitus, nubes disiecit opacas;
Et cælum clarum, & lucentia sydera fecit,
Haud secus, ac quondam Lybicis in saltibus atro
Felle feræ in iuuenem, quem in syluas casus adegit,
Conuenere, suis caueis tum forte relictis;
Dentibus & sæuis conscindere membra parabant.
Hospes adest tum forte Leo, vultuq; minisq;
Infrendens penitus, penitusq; exaggerat iras;
Immanes fugere feræ, cæcosq; recessus
Protinus insano petiere per auia cursu;
Ille feras vultu regit, & moderatur, & arcet;
Atque animos iuueni pauido sub pectore reddit;
Sic vastus pelagi cecidit fragor, æquora postquam
Prospiciens Soter, virtutem extendere factis
Cæpit, & indomitum sociorum excorde pauorem
Expulit, & dictis illos solatur amicis:
Et nimiam increpuit summi ad mandata Parentis
Segnitiem, modicamq; fidem reprendit in illis;
Pectoraq; ad reliquos firmat sermone labores.
Christiadæ fessi, quæ proxima litora cursu,

Gell. Noct. Att. lib. 5. c. 14. & Pli. Na. hist. lib. 8. c. 16.

Matt. cap. 8.
Marc. cap. 4.
Luc. cap. 8 &
Card. Baron.
Ann. Eccl. t. 1.
ann. Christi
31. c. 59. 60. 61

Contendunt petere, & Gerasenum ex æquore portum.
Concordes adeunt, nauemq;, æquorq; relinquunt,
Hic sæuam eiicit Satanæq;, Orciq; cohortem
Multorum ex animis, quorum duo sæuius acti
Eumenidum stimulis tenebrosa sepulchra colebant.
At furiæ in fœdos permissu regis Olympi
Se immisere sues, summiq; in gurgitis vndas
Illos præcipites; postquàm stridoribus auras
Horrisonis fecere graueis, vastisq; querellis
Compleuere aureis, manibus iectæ prophanis.
At gentes trepidæ nimia formidine rerum
Vocibus exorant, abeat regionibus illis,
Ne pereat populi, vulgus ne concidat hisce
Criminibus Satanæ, & luctus sit caussa propinqui.
Ille autem rursus sulcauit remige pontum
Cum socio cœtu, & Galilææ tendit ad oras;
In Capharnensem primùm se contulit vrbem:
Atque lareis intra tenueis, humilesq; penateis
Constitit, & multis fuit illic sponte diebus.
Huc Pharisæa manus, Iuris, legumq; periti
Ex tota regione adsunt, Solymiq; frequentes
Conuenere suis ex vrbibus, inq; paratis
Sedibus, & nulla passim cum lege sedebant.
Tectum autem antè ipsum magno turbante tumultu
Cætera turba coit, manibusq;, & pectore forti
Visendi studio sancti miracula regis
Impellunt stanteis, cæcisq; hortatibus vrgent.

Hic

Hic hominem curat, nullis qui membra mouebat
Motibus, & toto torpebat corpore morbo.
Tanta fides inerat iuueni, vt, cum nulla pateret
Ad Sotera via, & penitus loca cuncta tenerent
Syriacæ gentes, per tectum, fragmine facto,
Cum lecto fuerit medias demissus in ædeis.
Sanus abit iuuenis; Solymosq; coarguit omneis
Hic Soter, curasq; illorum respicit alto
Sermone, & cæcum damnauit cordis amorem.
Post hæc præteriens, cælesti flamine ductus,
Strata per, atque vias, quas tunc ignobile vulgus
Compleuit, penitusq; tenebat rebus agendis,
Vidit Matthæum nummorum ad scamna sedentem,
Vsuris animum varijs sine fine, modoq;
Versantem, & manibus tractantem ingentia sacræ
Pondera auaritiæ, & quæstu indulgere prophano.
Atque ait. O solers nummorum mensor, & auri,
Me sequere. Ille autem nummis, mensisq; relictis
Continuò est animo, & pedibus Sotera secutus.
Dumq; sacris mensis Soter discumberet, illi
Quas dapibus plenis Matthæus sponte parauit,
Increpuit dictis Solymos, scribasq; notauit
Crimine, & exhaustas reprendit lumine menteis
Ætherea, & curas animorum ostendit inaneis.
Postremas etiam parteis Soteris amictus
Contigit vt mulier, cuius de ventre fluebant
Sanguinis impuri graueolentia flumina, iamq;

Matt. cap. 9. Marc. cap. 2, Luc. cap. 5. & Card. Baron. Ann. Eccles. t. 1. ann. Christi 31. c. 63. & seq.

Matt. cap. 9 Marc. cap. 5. Luc. c. 8. Concord. Euang. c. 34. Amb. in lib. de Salom. c. 5. & Cardi. Baron. Ann. Eccl. t. 1. ann. Christi 31. c. 65.

Annos bis senos fuerat perpessa fluorem,
Protinus optatam excepit per membra salutem.
Tantarum illa memor rerum, monumenta salutis
In foribus posuit, clarum testantia munus:
Aenea signa duo, sed erat sub parte sinistra
Faemineum signum, in speciem, vultumq; rogantis.
Parte alia signum stantis Soteris inhaesit,
Cui pietas, & amor suberat, manibusq; profusis
Plurima Syriatae praebebat munera genti.
Huius ad extremas plantas in marmore summo
Orta erat herba recens, quae postquam contigit ipsas
Extremas vesteis, morbos virtute potenti
Expellit, sanosq; artus, & corpora reddit.
Inde domum ingressus Iairi, vitalibus auris
Restituit natam, & se se Dominumq; Deumq;
Exhibuit turbis, genitoriq; attulit ingens
Munus, & optato repressit pignore luctum:
Egressusq; domo caecis praeoptata duobus
Lumina restituit, primis ablata sub annis,
Lucis & innatae, atque oculorum reddidit usum.
Mutus & hic etiam furiis agitatus iniquis
Inuenit optatam sancto à Sotere salutem,
Paschatis interea redeunt solemnia magni.
Cum Soter Solymam raptim remeauit ad vrbem:
Et secum socios bis senos ducit ad alium
Paschatis obsequium, & summi mandata Parentis
Monstrat, & erudiant populos, demum imperat illis.

Euseb. Hist. lib.7.c.14.Io. Damasc. de Imag. orat.5. & Cardi. Bar. Ann. Eccles. t.1.ann. Christi 31.c.66.

Matt. c. 9. & Marc.c.5.

Matt. cap. 9.

Extitit in Solymis stagnum, quod condidit olim
Magnus rex Salomon, Tẽplo haud procul antè patẽtẽ
Ingressum portæ. Vallensem nomine dicunt:
Huc cælo pluuiæ in speciem venere paludis,
Et totum genuere locum, & fecere Lacunam.
Hic Solymi niueosq; boues, pingueisq; bidenteis,
Vt templo offerrent, veteri de more lauabant.
Hæc loca porticibus quinis circum vndiq; septa
Esse videbantur, fugerent vt plurima cæli,
Et tempestatum, & pluuiarum incommoda gentes,
Temporibus statis summo veniebat Olympo
Huc iuuenis, geminis humeros tum præditus alis;
Turbabatq; locum, quo qui prior isset in illum,
Protinus amissam per tempora longa salutem
Accipiebat ouans, & discedebat ab vndis
Corpora sana gerens, & sanos corporis artus.
Hic surdi, mutiq; omnes, hic lumine capti,
Hic claudi, & totis arentes corpora membris,
Eumenidumq; acti furijs, stimulisq; furoris
Tunc expectabant agitari motibus vndas
Aethereis, stagnum vt iacerent sua corpora in ipsum.
Huc vbi peruenit Soter, conspexit in ipsis
Porticibus iuuenem tenui recubare cubili,
Inq; suis stratis iam octauum ducere lustrum;
Atque illum dictis sic appellauit amicis;
Vis sanus fieri? Cui talia reddidit ille; (quam
O Domine hic hominem haud habeo, qui turbine post-

Io. cap. 5. & Card. Baron. Ann. Eccle. t. 1. ann. Christi 32. c. 1.

Aethereus iuuenis stanceis commouerit vndas;
Me ferat in stagnum: semper cum venimus ipsi,
In medicas alter descendit sedulus vndas.
At Soter contra. Consurge, & suscipe stratum,
Quo recubas, propriosq́ ad munia dirige gressus.

Io. cap. 5.

Confremuere omnes, studijsq́ ardentibus ausum
Talia reprendunt Iesum, dum Sabbatha summi
Sancta Sacerdotes colerent, Solymiq́ per aras
Intenti offerrent supremo vota Tonanti.
Pluribus hac Soter damnauit, multaq; questus
In Solymos, rabiemq; illorum, & cædis amorem
In Sotera Deo genitum, ritusq; superbos,
Se tandem in patrias Galilææ retulit vrbeis.

Matt. cap. 12. Marc. cap. 3. Luc. c. 6. Concord. Euang. c. 38. Hieron. in Matt. c. 12. & Card. Bar. Ann. Ecclesi. t. 1. ann. Christi 32. c. 4.

Hic quoque, dũ colerent turbæ sua Sabbatha, Soter
In templo Solymis præsentibus arida membra
Restituit iuueni, vt victum conquirere posset.
Interea ad Iesum penitus Galilæa ruebat
Tota suum, domibus passim, laribusq́ relictis,
Morborum vt varios casus, pestesq; malignas
Innumeras penitus sub tanto auctore fugarent.
Syriacæ gentes autem, matresq;, nurusq;,
Et proceres, vulgusq; simul, iuuenesq;, senesq;,
Quoque magis premerent turbantes omnia morbi,
Ad Iesum lætis properantes passibus ibant.
Transq; amnẽ, et monteis posita huc conuenit Idume,
Et Tyrus, & Sidon, reliquisq; è partibus omnes
Ingenteis potuere pati, & sine fine labores,

Vt

Vt Sotera Deum, promissum gentibus olim,
Antè aliòs Solymis, tandem properanter adirent.
Ille autem turba nè comprimeretur inerti,
Conscendit nauim, & trans æquora vectus, agebat
Ex animis hominum Satanam, stridoribus auras
Complentem, sancta sed tum virtute repressum.
Inde petit montem, supremo vt vota Tonanti
Redderet, & precibus diuinam tolleret iram.
Hic socios sumpsit bis senos, deinde Simonem
Voce noua Petrum conuerso nomine dixit;
Fecit & illorum caput, & parere iubenti
Iussit, & æternam ex illo desumere vitam.
Protinus Andreas frater, fidusq; Ioannes,
Zelotesq; Simon, maiorq;, minorq; Iacobus,
Bartholomeus item, & Matthæus, deinde Philippus
Et Thomas, & item Thadæus, & alter Iudas,
Qui Sotera suum scelerato prodidit auro,
Adsunt ad nutum Petro, lætiq; ministrant:
Dixit Apostolicum cœtum sanctissimus Heros.
Hos omneis Galilæa dedit, sed auarus Iudas
Vir fuit ex Charioth, tenuit quam magnus Iudas,
Vnde etiam Ischarioth proprio cognomine fertur.
His onus impofuit, cœlo aduenisse salutem
Pacigeram totum deferrent voce per orbem;
Curarentq; graueis morbos, stimulosq; furenteis
Eumenidũ, et Satanæ premerẽt, cæcumq; sub Orcum
Ad tristeis vmbras summa virtute fugarent.

Matt. cap. 5. Marc. cap. 3. Luc. cap. 6. Cõcord. Euã. cap. 38. 39. & Card. Baron. Ann. Eccle. t. 1. anno Christi 32. c. 5. 6. 7. 8.

D. Hieron. in Isai. c. 28. & in Matth. c. 10. & de nominibus Hebraicis & Cardi. Bar. Ann. Eccles. t. 1. ann. Christi 32. c. 9.

His ita perfectis, montis fastigia liquit,
Planitieq́; sedens lata, quam magna tenebat
Turba virûm, ad Iesum deducta cupidine morbos
Pellere, & antiquas per membra resumere vires;
Delectos proceres Patris mandata docebat.
Hic de fœlici patria, vitaq; beata
Sermonem haud tenuem per longa exordia dixit;
Atque, vbi consistat, monstrauit lumine claro;
Ostenditq; graueis sua per contagia pœnas
Inferri scelerum miseris auctoribus; atque
Perpetuum in tenebris, sæuo qui pectore gaudet,
Finibus haud vllis gerit infœliciter æuum:
Inde salem terræ socios, lucemq; perennem
Dixit, & ostendit, quo pectore ducere vitam
Debeat optatus regna ad cœlestia cœtus.
Admonuitq́; illos, plus, quàm Pharisæia pubes.
Scribarumq́; chorus, præstaret sancta per vrbem
Iustitia, vt cœlos intrarent præpete passu.
Qui tandem intulerit lethalia funera fratri,
Subdidit, immanem patietur iudicis iram,
Sanctis vt veteres statuerunt legibus olim.
Ipse autem vobis memori nunc mente tenendum
Præcipio, fratri qui succensebit, vt altum
Iudicium subeat; sed qui contemnet eundem,
Concilium expectet; qui insanum proferet, Orco
Dignus erit, pœnasq; dabit sine fine luendas.
Dum verò Patrem precibus, votisq; vocatis

Matt. cap. 5. Marc. cap. 3. Luc c. 6. Concord. Euang. capit 39. & Card. Bar. Ann. Eccles. t. 1. ann. Christi 32. c. 10.

Expe-

Expetite in vestris penetralibus omnia ab illo.
Nec longis illum sermonibus vrite, neuè
Obscuris verborum ambagibus ora mouete:
Hoc etenim faciunt, nostrum qui fallere Patrem
Exoptant, cupiuntq; in templis sæpè videri
Orantes, populiq; auras captare fugaceis.
Sed né frustrentur vestro vos fine labores,
Talibus æternum votis orate Parentem.
O Pater Omnipotens, nostræ tutela salutis,
Qui in cœlis tua regna tenes, & concutis orbem;
Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; colantur.
Adueniatq; tuum regnum, fiatq; voluntas
Hic tua, vt in summo à cunctis fit semper Olympo.
Cœlestem concede cibum, panemq; ministra
Hic nobis hodie, vt ventura in sæcula prosit.
Et dimitte etiam nostræ periuria vitæ,
Nos etiam vt cunctis animo dimittimus æquo.
Nec nos permittas tentari ad crimina vitæ;
Sed scelerum aspectu, & sæuis defende periclis:
Fiat ita, & semper pro votis talia fiant.
Præcepitq; illis, fugerent fœdissima sacra
Nomina auaritiæ, & cœlesteis pectore toto
Diuitias cuperent, proq; illis omnia ferrent.
Dumq; cibo abstineant, quo vultu, quanè manendum
Fronte sit, edixit, fictæ nè munia vitæ
Complexi, spernant æterni dona Parentis.
Multaq; præmonuit, laqueis nè pectora cæcis

Matt. cap. 6.
Luc. c. 11.

Luc. c. 7.

Vinciri sinerent, regnumq; patentis Olympi
Desererent, Satanæ deuincti immanibus ausis.

Marth. cap. 8. Luc. cap. 1. & Card. Baron. Ann. Eccle. t. 1. ann. Christi 32. c. 13. Leuit. c. 14.

Post hæc Syriacum scabie, morboq; grauatum
Curauit iuuenem, & sanissima corpora fecit;
Atque Sacerdotes, iussit, non segnis adiret,
Offerretq; simul, quæ Moses iusserat olim,
Munere pro tanto, & pro tam fœlicibus actis.

Matt. cap. 8. Luc. c. 7.

Hinc autem abscedens vicinā Capharnaa adiuit:
Hic Romana phalanx, generoso milite, & armis
Inuicta, haud nimium dura in statione manebat;

Dio hist. lib. 55.

Ferreaq; à ferro deductum nomen habebat.
Huius erat ductor iuuenis, cui mentis honestas
Summa inerat, solersq; animus, purusq;, piusq;,
Et scelera, & fraudes, ut iniquum crimen, habebat.
Magnarum hic fama rerum, & pietatis amore
Permotus, plenusq; Deo iam pectus, & artus,
Ad Iesum accessit, precibusq; rogauit, amato
Vt famulo amissam per tristia membra salutem
Redderet, & pariter cum sensu posse moueri;
Idque ageret Verbo, longo sermone petiuit.
Namq; ait, O cœli custos, terræq;, marisq;,
Haud equidem dignus sum, cui tu tecta subintres,
Idq; potes Verbo, Verbo mea vota secunda.
Talia miratus Soter, per membra salutem
Restituit famulo, meliorasq; corpora fecit,
Magnanimumq; Ducem verbis laudauit amicis.

Luc. c. 7.

Inde petens Naim, perfunctum munere vitæ,

Subla-

Sublatumq; humeris hominum, vt funesta sepulchri
Busta subintraret mœsta propè mœnia terra,
Optatæ iuuenem reuocauit ad ocia vitæ,
Et matri infandum perpessæ in coniuge lethum
Antè annos plureis, cuiq; haud erat vlla futura
Spes prolis; (solus seruabat namq; parentis
Et genus, & nomen) viuum concessit habendum.

Interea cæca detentus in æde Ioannes
Admiranda sui sensit miracula regis
Vocibus haud dubijs genteis, populosq; per omneis
Deferri, & totum iam peruulgarier orbem.
Ocyús ire duos ex cœtu mandat amico
Ad Iesum, certoq; sciant, referantq; repentè,
Imperat, an Christus saluando aduenerit orbi.
Ille autem contra Referetis cuncta Ioanni,
Quæ vestris oculis, atque auribus hausta patescunt.
En cæci, claudiq; omnes, tenebrisq; malignis
Oppressi, & longa morborum mole grauati
Optatam à nobis sumant per membra salutem.

Post vbi digressi legati, mira repentè
Fando graueis casus sancto de vate locutus
Ad populum est Soter, testatus sæpè Ioannem
Vera illis dixisse olim, sed sæpius illos
Contempsisse virum, hinc sæuos instare tumultus
Syriacis populis, nec longa in tempora ferri.
Sed tamen antè alios vesana Capharnaa, & ipsæ
Vrbes finitimæ pendent de sanguine pœnas

Matt.c.ij. Lu. c.7. Concord. Euang. c. 47. & Card. Baro. Ann. Eccl. t.1. ann. Christi 32.c.14.

Per-

Perpetuum proprio, atque alijs exempla manebunt.
Inde Deum, Patremq; simul, rerumq; Satorem
Extulit innumeris verbis, quòd talia nunquam
Nota viris fecit, qui nossent cuncta per artem;
Sed pueris penitus patefactis ordine rebus
Detexit, variosq; vsus monstrauit in illis.

Luc. c. 7. Concord. Euang. capit. 48. & Card. Baron. Ann. Ecclesiast. 1. ann. Christi 32. c. 15. vsq; ad 28.

Hic tum fortè Simon, Pharisæo sanguine cretus,
Excepit Iesum mensis solemnibus intra
Instructos Ostro thalamos, pictisq; tapetis.
Sed dum circum omnes socij, & sanctissimus Heros
Vescitur, ecce tibi mulier, cui cuncta placebant
Crimina, & in facinus nuper se exercuit omne.
Hæc autem, vt nouit mensis astare superbis
Cœlesti genitore satum, gemitusq; salutem
Humanæ, raptim sese post terga recepit
Soteris, cæpitq; pedes abstergere sanctos
Fluminis lachrymis, & siccis deinde capillis
Tergebat, supplexq; illis, atque ore patenti
Oscula multa dabat, repetebat & oscula plantis.
Inde illos pleno raptim perfundit Onyce;
Spargit et Assyriũ, Malobathrum spargit Amomũ,
Quosq; Arabũ, Armenũq; solũ, quos terra Sabæa,
Quos Citibænagerunt, quos India mittit odores.
Tum Pharisæus ait temerato pectore secum:
Si foret hic cœlo vates demissus ab alto,
Sciret, quæ mulier, quantumq; in crimine turpi
Viuat, & haud sineret manibus tractare prophanis
Hanc

Hanc proprias plantas, atque ædes arceret, & vrbe.
Talibus at Soter compressit dicta Simonis.
Hic duo debebant urgenti pondus, & auri.
Alter quingentos promissi fœnoris aureos,
Quinquaginta alter, pœnis devinctus vterq;
Fœnoris ast dominus diuino accensus amore
In miseros homines, ambobus fœnus, & aurum
Donauit, nexumq; illis, atque æra remisit.
Plura quis hic domino tanto pro munere debet?
Plus debet, qui plura habuit. Pharisæus ad illum
Rettulit. At Soter raptim, sententia menti
Recta tuæ sedet. Et Mariam conuersus ad ipsam
Talia dicta dedit Pharisæo: Intrauimus ædeis
Forte tuas, pedibus laticis non vlla dedisti
Munera, sed mulier lachrymis ex corde profusis
Abstersitq; pedes nostros, tersitq; capillis.
Oscula non nobis veteri de more dedisti,
Illa sed haud vnquam cessauit plurima nostris
Oscula sollicito pedibus largirier ore,
Contempsisti etiam nostrum caput vngere oliuis,
Illa sed hos vnxit preciosi munere nardi
Docta pedes: propter quæ crimina multa iuuentæ
Missa suæ facimus: dilexit namq; salutem
Ipsa suam; nam qui minus accipit, & minus ipsum
Diligit auctorem: sed qui maiora recepit,
Diligit auctorem feruentius. Inde repente
Hæc inquit Mariæ. Scelerum commissatuorum
De-

Delemus penitus, puramq; in pectore mentem
Condimus, & sanctæ reuocamus ad ocia vitæ.
Illi autem, mensis qui consedere superbis,
Haud tolerare queunt tanti miracula facti;
Unde aiunt secum: Quo munere fungitur iste?
Quouè venit genere, aut qua tādem est stirpe creatus,
Qui peccata etiam, & scelerum transgressa remittit?
Talibus hinc Soter Mariam dimittit: Abibis
In requiem, ô Mulier; peperit tibi namq; salutem
Multa fides, claro, quæ sole nitentior extat.
Interea eccè ruit nullo discrimine turba
Ad Iesum, & nullis patitur requiescere terris,
Nec sinit, vt socij, quos ipsa parauit egestas,
Ore cibos sumant, penitus sed comprimit illos.
Hinc diris Satanæ stimulis, stygioq; veneno
Uexatum iuuenem, cui luminis abstulit vsum,
Conclusit ambas Alecto immaniter aureis,
Obtulit ante oculos; cui Soter luminis vsum
Reddidit, atque aureis patefecit, & expulit ipsas
Eumenidas, fecitq; animum cum corpore sanum.
Deinde indignanteis Solymos miracula facti
Tanta sui, verbis sublimibus arguit: atque
Et scelus, & fraudes, & iniquæ munia linguæ
Magniloquo atque acri tandem compescuit ore.
Talia dum loquitur, Mulier feruentior omni
Turbarum numero hoc sermone silentia rupit,
Ter fœlix vterus, cui talia pondera ferre

Matt. cap. 12. Marc. c. 3. Lu. c. ij. Cócord. Euang. c. 49. & Card. Baron. Ann. Eccl. t. 1. ann. Christi 32. c. 28.

Luc. c. ij.

Contigit, atque etiam fœlicia terq́, quaterq́;
Vbera, suxisti vnde optati munera lactis.
Ille sed hæc contra. Sunt terq́, quaterq́; beati,
Qui Patris excipiunt Verbum, retinentq́ per annos
Aeternos, nunquamq́; illud dimittere tentant.
Tum consanguinei raptim, velut agmine facto,
Accurrunt, furijs actum Sotera putantes.
Conanturq́ illum manibus retinere paratis.
Ille autem extendens palmas erectus vtrasq́
In socios, comitesq́; suos, sic ora resoluit.
Hi mea sunt genitrix, hi vero nomine fratres
Sunt nostri, & nobis haud ficto sanguine iuncti.
Nam quicumque facit nostri mandata Parentis,
Qui cœlum, & terras æterno numine complet,
Ille mihi frater, genitrixq́;, & fida meorum
Est soror annorum, & totis complectitur vlnis.
Talia dum peragit verbo sanctissimus Heros,
Mater adest, auditq́; sui sublimia nati
Imperia, & quantum mortalibus inferat ægris;
Nec putat audaci commotum corda furore,
Sed tenet esse Deum, mortali veste grauatum,
Implentemq́; Patris mandata, & iussa docentem;
Nec turbatur adhuc, nec natum commouet vltrò.
Exijt inde domo Soter, pontumq́; petiuit
Finitimum, & tacto rueret cum turba tumultu;
Conscendit nauim, & populum sic alta docebat
Iussa Patris, penitusq́; sui pandebat habenas

 Eloquij

Eloquij, vt claris resonaret vocibus æquor.
Hic varijs rerum exemplis conatur, & arte
Pandere cœlestis Patris sublimia regna.
Deq; Satis dixit, nec non de semine falso
His superiniecto per crimina, deq; Sinapi,
Et tumida frugum massa, putriq; farina,
Et de thesauro, quem quisquam abscondidit olim
Pingueis intra agros, nè nosceret inuidus hospes.
His similem cœli patriam, similemq; lapillis,
Quos parit, & nuribus mittit gestare latinis
Oceanus, variosq; alijs concedit in vsus,
Asseruit: simileisq; etiam superaddidit esse
Cœlos verriculo, quod totum indagine pontum
Cinxerit, & pisces per amara coegerit arua.

Matt. cap 13. Marc. c. 6. Luc. c. 4. Cõcord. Euang. c. 54.

Talia sed postquàm diuinitùs edidit ore,
Inde abiens tandem redijt festinus ad vrbem
Nazaream, templumq; ingressus verba prophetæ
Legit Amoidæ, monumentaq; vatis ad vnguem,
Haud detecta priùs, finem sortita petitum
Asserit, & cæcas Solymorum submouet artes.
Deinde etiam admonuit peregrina in parte prophetas
Esse magis caros genti, quàm in sede paterna.
At vulgus, proceresq; omnes, cum talia fœdis
Auribus excipiunt, raptim trepidante tumultu
Conueniunt, Christumq; petunt, pelluntq; repentè
Extra vrbem, montisq; ad celsa cacumina ducunt,
Et dare præcipitem summa de rupe parabant.

Isai. c. 61.

Ille

Ille sed inter eos nulli cernendus abibat,
Illæsusq; simul scelerata ex gente recessit.
Circuit hinc vrbeis Galilæas, oppida visit,
Lustrat, et haud metuens populos, seq; omnibus offert.
Nunciat optatam genti aduenisse salutem,
Curat & innumeros morbos, & languida sanat
Corpora, & antiquæ reddit sua membra saluti.
Inde vocat socios, turbas miseratus egenteis,
Et iubet vt populos adeant, regnumq; Parentis
Aduenisse illis pleno iam pectore monstrent.
Virtutemq; dedit, Solymorum ex gente fugarent
Eumenidas, donec sub Tartara dira subirent.
Morborumq; agerent caussas, lassosq; per artus
Artibus haud dubijs properarent ferre salutem.

Matt. c. 9. 10. Marc. cap. 6. Luc. 8. Conc. Euāg. c. 55. & Card. Baron. Ann. Eccl. t. 1. ann. Christi 32. c. 29.

Libri Septimi finis.

SOTERIDOS
Libri Octaui
ARGVMENTVM.

FRVGIBVS exiguis, & piscis munere paruo
Hic saturat turbas: pedibus Petrus impetit vndas.
Vtque Crucem tollat, feruenti pectore mandat,
Quisque suam, et paucis monstrat se in monte nitentē.
Persoluit drachmam, & Pharisæum lumina fallit,
Diuitis historiam narrat, præceptaq. vitæ.
Ad vitam reuocat Bethano sanguine cretum;
Atque triumphator Solymam contendit ad vrbem.

SEBASTIANI MACCII DVRANTINI SOTERIDOS

Liber Octauus.

TALIA dum peragit Soter, perfertur iniquum
Herodem ex humeris caput auulsisse Ioannis,
(Unde habuit clarum Sebaste in sæcula nomen)
Vt morem insano gereret sceleratus amori.
Tantam autem rabiem, et tā cœcū ad cuncta furorē
Rex Arabū quanquā sumptis fremebūdus in armis
Comprimet, & vates in honore docebit habendos,
Quos Deus afflarit, quos & commercia cœli
Impulerit veram Solymis monstrare salutem;
Ipse tamen Soter fugit, sumptaq; triremi
Trans freta concessit deserta ad culmina Montis.
Hic autem edocuit turbas cœlestia iura,

Matt cap. 14. Marc. cap. 6. Conc. Euang. c. 56. Ioseph. Aut. lib. 18. c. 7. Hieronym. in Ruf. Apolog. & Ep. 27. Niceph. hist. lib. 1. cap. 9. & Card. Baron. Ann. Eccles. t. 1. ann. Christi 33. c. 1. & seqq.

Ioseph. Ant. lib. 18 c 7. Matt. cap 14. Mar. c. 6. Luc. c. 9. Io. cap. 6. Conc. Euāg. c. 57. & Card. Baron. Ann. Eccl. t. 1. ann. Christi 33. c. 6

Et sanctam servare fidem, & retinere pudorem,
Atque Deum nunquam terris convellere factis.
Panibus inde etiam quinis, quos hordea fecit
Congeries, piscesq; aderant cum pane gemelli,
Millia quinque hominum, prater puerosq; , nurusq;,
Quos laeva de parte simul tunc mensa tenebat,
(Dictu admirandum) saturos per gramina fecit.
Postquàm dira fames, & amor compressus edendi,
Relliquias legere omneis, cistasq; capaceis
Bis senas implent socij, tectisq; reponunt.

Matt c. 14. Marc. cap. 6. Io. c 6. Conc. Euan. c. 58. & Card. Baron. Ann. Eccl. t. 1. ann. Christi 33 cap. 7.

Diditur hic subito Iudaea per oppida rumor,
Aduenisse virum caelesti patre creatum.
Pandere cui liceat ventura oracula mundo.
Turba autem tanti vt coleret miracula facti,
Praeparat in solio Iesum componere summo,
Et regem facere, & sacris ornare coronis.
Ille autem hoc veritus, paulùm digressus in vndas
Imperat aequoreas socios descendere naui,
Praemittitq; illos vicinae ad litora terrae
Bethsaidos, genteisq; omneis, turbasq; relinquit,
Solus & ascendit summi fastigia montis,
Ut Patri de more preces, & munera soluat.
Continuò surgunt Boreasq;, Eurusq;, Notusq;,
Et fragilem incipiunt tantis agitare carinam
Motibus, vt nautas iam desperare salutem
Fluctus agat, saeuasq; adigat tolerare procellas,
Et tempestatum surgenteis ferre ruinas,

Siue

Siuè extrema pati, & perimi lethalibus vndis.
Iamq; fatigatos artus, & brachia multus
Lassarat labor, & non intermissus agebat
Feruor, & haud vllæ surgebant amplius artes.
Et magis, atque magis cælum descendit in æquor;
Insurgunt fluctus, nauis rimosa paludem
Accipit, & varios promit de pectore questus.
Nullaq; fit requies; nec, quò se flectere possent
Syriaci iuuenes, seu quæ curare, sciebant.
Cum venit, eccè, means Soter per summa profundi
Aequora, & approperat lectos inuisere fratres,
Ut ferat auxilium, & surgentibus alleuet vndis.
Illi autem, ut siccis audentem incedere plantis
Per pelagus videre virum, sub imagine tali
Esse putauerunt imitantem Morphea Christum;
Et magis, atque magis trepidi formidine, tantis
Fluctibus exhorrent perimi, & demergier vndis.
Ast vbi turbatos penitus, penitusq; pauenteis
Cognouit socios Soter, se prodidit illis,
Fecit & audenteis, ac talia protulit ore,
Fidite (sum Soter) & tristeis depellite curas,
Tum Petrus contra respondit talibus illi;
Tu Dominusq; Deusq; meus; tu rector Olympi
Es Domine; hîc concede mihi super æquoris vndas
Ire, nec vndarum submergi fluctibus atris.
Ille, Veni, dixit. Confestim Petrus ab alta
Descendit puppi, & pelagi super ambulat vndas,

Et sanctam seruare fidem, & retinere pudorem,
Atque Deum nunquam tetris conuellere factis.
Panibus inde etiam quinis, quos hordea fecit
Congeries, piscesq; aderant cum pane gemelli,
Millia quinque hominum, præter puerosq;, nurusq;,
Quos læua de parte simul tunc mensa tenebat,
(Dictu admirandum) saturos per gramina fecit.
Postquàm dira fames, & amor compressus edendi,
Relliquias legere omneis, cistasq; capaceis
Bis senas implent socij, tectisq; reponunt.
Diditur hic subito Iudæa per oppida rumor,
Aduenisse virum cœlesti patre creatum.
Pandere cui liceat ventura oracula mundo.
Turba autem tanti vt coleret miracula facti,
Præparat in solio Iesum componere summo,
Et regem facere, & sacris ornare coronis.
Ille autem hoc veritus, paulùm digressus in vndas
Imperat æquoreas socios descendere naui,
Præmittitq; illos vicina ad litora terræ
Bethsaidos, genteisq; omneis, turbasq; relinquit,
Solus & ascendit summi fastigia montis,
Ut Patri de more preces, & munera soluat.
Continuò surgunt Boreasq;, Eurusq;, Notusq;,
Et fragilem incipiunt tantis agitare carinam
Motibus, vt nautas iam desperare salutem
Fluctus agat, sæuasq; adigat tolerare procellas,
Et tempestatum surgenteis ferre ruinas,

Matt c. 14. Marc. cap. 6. Io. c 6. Conc. Euan. c. 58. & Card. Baron. Ann. Eccl. t. 1. ann. Christi 33 cap. 7.

Sine

Siuè extrema pati, & perimi lethalibus vndis.
Iamq́ fatigatos artus, & brachia multus
Lassarat labor, & non intermissus agebat
Feruor, & haud vllæ surgebant amplius artes.
Et magis, atque magis cælum descendit in æquor;
Insurgunt fluctus, nauis rimosa paludem
Accipit, & varios promit de pectore questus.
Nullaq́; fit requies; nec, quò se flectere possent
Syriaci iuuenes seu quæ curare, sciebant.
Cum venit, eccè, means Soter per summa profundi
Aequora, & approperat lectos inuisere fratres,
Ut ferat auxilium, & surgentibus alleuet vndis.
Illi autem, ut siccis audentem incedere plantis
Per pelagus videre virum, sub imagine tali
Esse putauerunt imitantem Morphea Christum;
Et magis, atque magis trepidi formidine, tantis
Fluctibus exhorrent perimi, & demergier vndis.
Ast vbi turbatos penitus, penitusq́; pauenteis
Cognouit socios Soter, se prodidit illis,
Fecit & audenteis, ac talia protulit ore,
Fidite (sum Soter) & tristeis depellite curas,
Tum Petrus contra respondit talibus illi;
Tu Dominusq́, Deusq́; meus; tu rector Olympi
Es Domine; hic concede mihi super æquoris vndas
Ire, nec vndarum submergi fluctibus atris.
Ille, Veni, dixit. Confestim Petrus ab alta
Descendit puppi, & pelagi super ambulat vndas,

Latus & ad Iesum passu contendit anhelo,
Verùm vbi ventorum rabiem, sæuosq; tumultus
Vidit, & obstanteis cognouit in æquore fluctus,
Extimuit, dubiusq; fuit, ne fluctibus altis
Oppressus, monstris fieret noua præda marinis;
Continuoq; vndis submergi cœpit, & altùm
Clamauit. Domine incolumem me numine serua.
Tumq; manu Petrum Soter comprendit amica;
Atque ait. O modicæ fidei, segnisq; minister
Virtutis, quare dubitasti credere nostro
Imperio, & contra surgenteis tendere ventos?
Inde rate excipitur Soter, cunctiq; repentè
Submissis illum genibus reuerenter adorant.
Post hæc vicinæ tendunt ad litora terræ.
Hoc vbi compertum, gentes discrimine nullo
Perpetuis actos morbis antè ora potentis
Exponunt Medici, vt soluantur corpora tabo.
Quotq; illum tetigere, omnes ex tempore pestem
Deponunt, gratamq; agitant per membra salutem.

Io. c. 6. Conc. Euang. c. 59. & Card. Bar. Ann. Eccl. t. 1. ann. Chris. 33 cap. 8.

Postera iamq; dies aderat, cum quærit Iesum
Turba omnis, sumptasq; rates conscendit, & vndas
Nauigat æquoreas, tandemq; Capharnaa venit.
Hic Dominus docturus eos, tamen antè retundit
Ingentem impulsum, cupiensq; adducere cunctos
Ad vitæ cœlestis opus, maioraq; rerum
Principia, his tandem sermonibus ora resoluit.
Vera loquor vobis, Gentes, & vera rependo;

Sed

Sed vos haud ventes istud, me quæritis vnum,
Non quia vidistis signa, & miracula facti
Tanta mei, penitusq; adsit sub vota voluntas;
Sed quia constitui mensas, epulasq; paraui
Satq;, superq; cibis plenas; sumpsistis & altos
Ore cibos, penitusq; fuit saturatus edendi
Dirus amor, largiq; etiam data copia victus.
Non fragile, immundumq; cibum, qui deperit, at qui
Permanet æternos vitæ melioris in annos,
Quærite, quem vobis mortali productus aluo
Vir dabit; hunc etenim signauit lumine claro
Æternus Genitor, tribuitq; in sæcula nomen.
Sed turba exquirit, queis possit quærere factis
Æternumq; Deum, sanctosq; addiscere mores.
Ille sed hæc raptim diuino emisit ab ore.
Hoc opus est summi Patris, vt credatis in illum,
Quem dedit, vt tetro genteis reuocaret ab Orco.
Non Moses vobis quondam panemq;, cibumq;
Attulit è cælo, Genitor sed præbet ab alto
Æternum, verumq; cibum, panemq; perennem.
Panis enim Patris est, summo qui venit Olympo,
Et qui dat mundo ventura in tempora vitam.
Ipse ego sum panis vitæ: qui me petit, ille
Haud vnquam esuriet: sitiet nec tempore quoquam,
Qui mihi confidet, credetq; a nomine nostro
Æternam humano generi aduenisse salutem.
Quod mihi nunc Genitor manibus largitur apertis,

Ad

Ad curas spectat nullo discrimine nostras,
Nec procul eijciam, toto qui pectore nostrum
Exquirit nomen, mecumq; morarier optat:
Hic etenim æternis missus de sedibus adsum,
Non vt iussa sequar, quæ elegit nostra voluntas,
Sed Patris efficiam placitũ, à quo hic gentibus adsũ.
Hæc autem Patris est certa, ac syncera voluntas,
Vt quicunque videt genitum me Patre supremo,
Nomen & in nostrum credit, nec respuit illud,
Aeternam viuat vitam; nec terminet æuum
Finibus appositis: & ego tam nobile pectus,
Tantum animum, & mentem tetra de morte leuabo,
Illumq; æternæ reuocabo ad gaudia vitæ:
Murmura nec facite, et compescite murmura linguæ,
Quæ de meq;, meisq; agitis genitoribus, & quæ
De consanguineis temerato corde putatis.
Libera non vlli est ad me properare potestas,
Huic nisi, quem manibus Pater ad sua vota vocarit;
Hunc ego solertem ad cœlestia regna vocabo.
Nam Vates scripsere, Deum genus omne virorum
Cognoscet quondam, sanctasq; docebitur aras.
Quicunque a Patre audiuit, didicitq;, repentè
Me petit, atque meos celebrat festinus honores.
Nec quisquam vidit Patrem, nisi filius ipse;
Hic etenim Patrem supremis vidit in oris.
Qui in me credit, habet vitam sine fine beatam.
Panis ego vitæ veni mortalibus ægris.

Syria-

Syriacum exacto maiores tempore rorem
Desertos inter monteis, interq; patenteis
Camporum tractus comederunt dente tenaci;
Haud tamen insana vitarunt munia mortis.
De cælo venit hic panis: Qui vescitur illo,
Haud vnquam insanæ gustabit munia mortis,
Ille ego sum panis, cælis qui missus ab altis,
Descendi; & quicunque illo vescetur, in ipsum
Vanus erit mortis conatus, vana potestas;
Viuet enim æternos annos, & viuet in æuum
Perpetuum, & multis iuuenescet grandior annis.
Quemq; dabo panis vitæ pro munere mundi,
Est mea vera caro, verumq; in pane repostum
Corpus. & haud sano cuiquam dubitabitur istud.
Post hæc multipliceis nexus, tenebrasq; malignis
Litibus inductas Solymorum mentibus, alta
Voce adimens, magno sic insuper addidit ore.
Vos nunquam æternæ gustabitis ocia vitæ,
Ni carnem, corpusq; eius, qui missus ab alto
Mortaleis auras hausit sub paupere tecto,
Mandetis, largoq; eius de fonte cruorem,
Pro vobis fusum, pleno potabitis ore.
Qui carnem, corpusq; meum sine crimine mandit,
Sanguineamq; animam festinis faucibus haurit,
Viuit in æternos annos, renouatus & idem
In vitam à nostro postremis numine sæclis,
Fælicem peraget nullo cum fine quietem.

Est

Est mea namq; caro verè cibus, & meus ipse
Est sanguis verè potus: qui vescitur ipsa
Carne mea, potatq; meum sine fraude cruorem,
In me semper erit, viuamq; ego semper in illo.
Ut viuens Genitor misit me, propter eundem
Sic ego nunc viuo, & qui me conuescitur, ipse
Me propter viuet totum mansurus in æuum:
Est etenim hic panis cœlo demissus ab alto,
Non sicut Patres vestri comedere per agros
Syriacum rorem, & mortis subiere tenebras.
Qui pane hoc tanto purgato vescitur ore,
Æternos viuet penitus mansurus in annos.
Verba nimis dura, & nimium tenebrosa ferebant
Hæc Solymi; vnde citis fugerunt passibus illum.
Marcus & aufugit, nuper deductus amicum — Epiph. hæref. 51.
Ad cœtum, cæcis verborum ambagibus actus.
Hoc verò inspiciens Soter, sic voce profatur.
Vos autem, ò socij, vultisnè abscedere quoquam?
At Petrus contra sociorum nomine, proq;
Munere commisso respondens talibus infit.
Ad quem tendimus Soter? quouè ibimus? ipse
Verba tenes vitæ æternæ; & nos credimus, atque
Nouimus esse etiam Christum, & Genitore creatum
Æterno, & miseris mortalibus esse salutem. — Epiph. vbi supra, & Card. Bar. Ann. Eccles. t. 1. ann. Chris. 33. c. 8.
Rettulit at Iesus. Nonnè vos sponte parani
Bis senos, Satanasq; est vestrum, & proditor vnus?
Inde abiens Petrus, Marcum reuocauit amicis

Ad Iesum dictis, animumq; impleuit, & artus
Numine, & æternos penitus firmauit in annos.
Interea totas Galilææ sedulus vrbeis
Visebat Soter, Solymis post terga relictis,
Quòd conarentur tantorum extinguere nomen
Factorum, atque illum scelerata perdere cæde.
Admonuitq; Dei Solymos contemnere leges
Appositas propter leges, propterq; recentum
Iussa patrum, & cæco quæ ex pectore denique surgūt,
Inficere humanos animos, non prandia palmis
Suscipere illotis, rudibusq; incumbere mensis.
Post hæc secessit Tyrias festinus in oras,
Sidoniasq; vrbeis petijt, Chanaæq; creatam
Sanguine, & assiduis precibus, votisq, rogantem
Pro incolumi natam matrem, & post terga petentem
Audijt, & natam Satana, furijsq; leuauit.
Ast vbi peruenit Galilæi ad litora ponti,
Surdi hominis, mutiq; simul cum faucibus aureis
Soluit, & ex spumis linguam liniuit, & aufreis.
Post montem ascendit: turbæ comitantur euntem
Innumeræ, captosq; oculis, atque auribus, atque
Artubus, & pedibus detentos antè ferebant:
Ille autem cunctos curabat voce potenti.
Hinc septem apposuit panes, piscesq; minutos
Et penitus pauit turbas, & millia victu
Quatuor expleuit, præter puerosq;, nurusq;
Septemq; autem cistas reliquæ (mirabile dictu)

Com-

Epiphan. vbi supra, & Card. Baron. Ann. Eccl. t. 1. ann. Christi 33. c. 8.
Matt. c. 15. Marc. cap. 7. Cócor. Euan. c. 60. & Card. Baron. Ann. Eccl. t. 1. ann. Christi 33. c. 9. & 10.

Matt. cap. 15. Marc. cap. 8. & Concord. Euang. c. 63.

Est mea namq; caro verè cibus, & meus ipse
Est sanguis verè potus: qui vescitur ipsa
Carne mea, potatq; meum sine fraude cruorem;
In me semper erit, viuamq; ego semper in illo.
Ut viuens Genitor misit me, propter eundem
Sic ego nunc viuo, & qui me conuescitur, ipse
Me propter viuet totum mansurus in æuum:
Est etenim hic panis cælo demissus ab alto,
Non sicut Patres vestri comedere per agros
Syriacum rorem, & mortis subiere tenebras.
Qui pane hoc tanto purgato vescitur ore,
Æternos viuet penitus mansurus in annos.
Verba nimis dura, & nimiùm tenebrosa ferebant
Hæc Solymi; vnde citis fugerunt passibus illum.
Marcus & aufugit, nuper deductus amicum
Ad cœtum, cæcis verborum ambagibus actus.
Hoc verò inspiciens Soter, sic voce profatur.
Vos autem, ò socij, vultisnè abscedere quoquam?
At Petrus contra sociorum nomine, proq;
Munere commisso respondens talibus infit.
Ad quem tendimus Soter? quouè ibimus? ipse
Verba tenes vitæ æternæ; & nos credimus, atque
Nouimus esse etiam Christum, & Genitore creatum
Æterno, & miseris mortalibus esse salutem.
Rettulit at Iesus. Nonnè vos sponte paraui
Bis senos, Satanasq; est vestrum, & proditor vnus?
Inde abiens Petrus, Marcum reuocauit amicis

Epiph. hæres. 51.

Epiph. vbi supra, & Card. Bar. Ann. Ecclef. t. 1. ann. Chris. 33. c. 8.

Ad

Ad Iesum dictis, animumq; impleuit, & artus
Numine, & æternos penitus firmauit in annos.
Interea totas Galilææ sedulus vrbeis
Visebat Soter, Solymis post terga relictis,
Quòd conarentur tantorum extinguere nomen
Factorum, atque illum scelerata perdere cæde.
Admonuitq; Dei Solymos contemnere leges
Appositas propter leges, propterq; recentum
Iussa patrum, & cæco quæ ex pectore denique surgũt,
Inficere humanos animos, non prandia palmis
Suscipere illotis, rudibusq; incumbere mensis.
Post hæc secessit Tyrias festinus in oras,
Sidoniasq; vrbeis petijt, Chanaæq; creatam
Sanguine, & assiduis precibus, votisq; rogantem
Pro incolumi natam matrem, & post terga petentem
Audijt, & natam Satana, furijsq; leuauit.
Ast vbi peruenit Galilæi ad litora ponti,
Surdi hominis, mutiq; simul cum faucibus aureis
Soluit, & ex spumis linguam liniuit, & aureis.
Post montem ascendit: turbæ comitantur euntem
Innumeræ, captosq; oculis, atque auribus, atque
Artubus, & pedibus detentos antè ferebant.
Ille autem cunctos curabat voce potenti.
Hinc septem apposuit panes, piscesq; minutos,
Et penitus pauit turbas, & millia victu
Quatuor expleuit, præter puerosq;, nurusq;
Septemq; autem cistas reliquæ (mirabile dictu)
Com-

Epiphan. vbi supra, & Card. Baron. Ann. Eccl. t. 1. ann. Christi 33. c. 8.
Matt. c. 15. Marc. cap. 7. Cõcor. Euan. c. 60. & Card. Baron. Ann. Eccl. t. 1. ann. Christi 33. c. 9. & 10.

Matt. cap. 15. Marc. cap. 8. & Concord. Euang. c. 63.

Complent relliquiæ, & factum admirabile pandunt.
Trans mare deinde venit, cymba delatus in oras
Quas Solymi veteres quondam dixere Gerazas.
Hinc procul auertit Pharisæos, pessima vulgi
Pectora, cum socijs, dum cœlo signa petebant.
Hinc iterum sulcat pelagus sociosq; pauenteis,
Ne cibus, & victus desit, dum litora circum
Expeterent, verbis firmat; monuitq;, quòd esset
Et furor, & rabies Pharisæa, & cæca libido
Herodis, populiq; lues vitanda propinqui.
Bethsaidam simul adueniunt, cæcoq; salutem
Restituit Soter, spumisq; albentibus oris
Inuoluitq; oculos, visumq;, & lucis honorem
Reddidit, & noctem tenebrarum amouit, & vmbras.
Post hæc Cæsareæ fines, regnumq; Philippi,
Intrat, & ad socios conuersus talia fatur.
Quem dicunt homines genitum de Patre supremo,
Matris & intra vterum corpus sumpsisse caducum?
Olli sed taleis fuderunt pectore voceis;
Multi contendunt letho rediisse Ioannem,
Eliam multi, aut Ieremiam, siuè prophetam
Surrexisse vnum, & sub te miracla referre.
Ille ait hæc ollis. Vos me quem dicitis esse?
Sed contra Petrus confestim protulit ore;
Christus es ipse, Deo genitore emissus in auras.
At Soter Petro. Et tu es terq;, quaterq; beatus
Care Simon: fies etenim super æthera notus;

Matt. cap. 16. Marc. cap. 8. Conc. Euang. c. 64. & Hieronym. de locis Hebraicis.

Matt. cap. 16. Marc. cap. 8. Luc. cap. 9. Conc. Euang. capit. 66. & Card. Baron. Ann. Eccl. t. 1. ann. Christi 33. cap. 4.

Namq;

Namq; haud mortalis quisquam tibi rettulit istud,
Sed Pater Omnipotens, cælis qui regnat in altis,
Monstrauit, tantoq; repleuit lumine mentem.
Ast ego nunc testor tibi, quod, cum nomine Petrus
Dicaris, supra te Petra firma locabo
Fundamenta mei Templi; quem pestifer Orcus
Haud vnquam excidio veniet, poteritq; nec vllo
Vellere conatu, seu sæuo euertere ferro.
Cælorumq; tibi tribuam, regniq; beati
Perpetuas claueis. Tu ianitor altus Olympi
Solus eris, pendentq; tuo de nomine valuæ.
Vnde etiam in terris quodcumque ligaueris, alto
Stabit perpetuum ventura in sæcla ligatum.
Quodq; etiam in terris exsolueris, illud Olympo
Stabit perpetuum ventura in sæcla solutum.
Addidit infando de letho, deq; futuro
Supplicio, Solymi quo illum cruciare parabant;
Quodq; alta virtute tamen consurget ab imo
Marmore, vbi Solis transisset tertius ortus,
Explicuit penitus, penitusq; recensuit illis:
Sed monuit tandem, ne talia gentibus vllis
Efferre auderent vnquam, Christumq; docerent.
Increpuitq; Petrum, qui nitebatur ab atro
Supplicio illius sacratam auertere mentem.
Vtq; Crucem, monuit, plenam languoribus imis
Quisque suam tollat, Christum qui præpete passu
Optaret properare sequi: quiq; ore negaret,

Matt. c. 16. Marc. cap. 8. Luc. cap. 9. Cōcor. Euan. c.66. & Card. Baron. Ann. Eccl. t. 1. ann. Christi 33. c. 19.

Iidem qui supra, & Io. Chrisostom. in Matt. hom. 55. & Hieron. in Matt. c. 6.

Aut

Aut animo illius nomen, seu fronte ruborem
Efferret, quòd tanta loqui, quòd tanta fateri
Haud sineret, monuit suprema morte luendum.
Deq; suo aduentu, cum maiestate futuro,
Plurima prædixit, posuitq; antè ora videndum,
Mons erat in medio Galilææ maximus agro,
Nomine quem Tabor veteres dixere magistri,
Præruptæ circum rupes suprema petentem
Culmina præpediunt, cæloq; efferre videntur.
Pacem summa tenent, largosq; per vltima tractus
Gargara portendunt, & lata cacumina præbent.
Huc Soter Petrum duxit, duxitq; Iacobum,
Duxit & affinem, cui cuncta fuere, Ioannem,
Cognita, nec quicquam fuit huic à Patre negatum
Aeterno, claris sed apertum sæpè figuris.
Dumq; Deo vota, & grateis persolueret æquas
Hic Soter, mentemq; illis intenderet omnem,
Ecce oculis clarum, & penitus mirabile factum
Cernitur, haud vllis conspectum gentibus olim,
Antè illos hominis posuit sine more figuram,
Vultus & illius summo splendore coruscans
Esse videbatur, Solis referebat onustum
Appositis circum radijs iubar aurea ceruix.
Ipsæ autem vestes summo candore refulgent,
Haud secus, atque niues, quæ sola tepescere nullo
Cœperunt, leuiter sed adhærent collis aprici
Elatis tumulis, oculosq; ad cætera fallunt.

Pre-

Protinus en adsunt, veteris duo lumina vitæ,
Ductor magnanimus Moses, & maximus heros
Elias, varijsq; agitant sermonibus ingens
Horrendumq; genus lethi, quod nuper in ipsis
Perpessurus erat Solymis pro gentibus Heros
Omnipotens genus humanum vt reuocaret ab Orco,
Inferretq; super fulgentia sydera cœli.
Obstupuere omnes facti nouitate, pauentq;
Sed Petrus ante alios diuino accensus amore
Vt se collegit, vt circumspexit honorem,
Vix pauidas fauceis tandem hæc in verba resoluit;
Quàm fœlix, faustusq; dies, quàm nobile factum,
Quamq; bonum, ô Soter, nos visu astare beato?
Hic ternas ædeis faciamus, ternaq; tanto
Hospitia in monte ex solido statuamus, Achate:
Sit tibi prima domus Nomis, sit & altera Mosis,
Tertia sed sanctos Eliæ sumat honores.
Talia dum loquitur Petrus, clarissima nubes
Ecce illos circum niueo circundat amictu,
Lumine & æthereo fulgor cœlestis obumbrat.
Ecce etiam è nebula vox hæc effertur in auras:
Hic meus est natus summo dilectus amore,
Estq; meæ vires, mea magna potentia solus.
Ipsum de nobis iussum auscultare volentes,
Nec sinite, vt vobis nunc irrita verba profundat.
At lecti proceres implent dum talibus aureis,
In faciem, vultumq; cadunt, summoq; pauore

Opplen-

Opplentur; tutũ nec quicquam sibi rentur, et horrent.
Ipse autem Soter quanquam laxauit apertas
Naturæ melioris opes, corpusq; caducum
Circuit æternis radijs, medioq; locauit,
Attamen ægrorum sociorum mente reuoluens
Humanas, fragileisq; nimis pro tempore vires,
Accessit, tetigitq; illos, verbisq; benignis,
Surgite, ait; Socij & tantum remouete timorem,
Eia agite, atque alacres estote, & pellite curas.
Illi autem sursum tollentes lumina, nullum
Conspexere, nisi propriæ Soter a saluis.
Hic quoque, ut æternis annis perpendere possent
Egregium facinus, gentes tria templa locarunt,
Finitima, Petri Sanctissima dicta secutæ.
Nec non perpetuo muro circum vndiq; tantum
Cinxerunt Montem, sæuo ne milite, & armis
Sumeret Aeneades fœlicia culmina montis;
Huc vulgus, proceresq; simul, matresq;, nurusq;
Visendi studio, atque animo meliora sequendi
Concurrunt, sanctisq; locis nunc oscula figunt.
Dum verò ardentes post talia facta relinquunt
Aerium montem, & per iter decliue morantur.
Christus ait; Nulli claro qua lumine dudum
Vidistis, fando referetis, donec ad auras
Marmoreo ex tumulo superata morte resurgam.
Altera iamq; dies aderat, cum, monte relicto,
Intenti latos campos, atque arua tenebant.

Hieron. Epist. 27.

Matt. cap. 17. Marc c. 9. Lu. c. 9. Cōc. Euā. c. 68. & Card. Baron. Ann. Eccl. t. 1. ann. Christi 33. c. 21.

Hic

Hic homini Satanam per tempora longa molestum
Expullit, & sanctos homines, vereq; fideleis
Extulit excelso, populis mirantibus, ore.
Inde petens vrbeis Galilææ, rursus ad illos
Rettulit infandum lethum, quo denique mundus
Incolumis fieri deberet, & ocia ab illo
Sumeret, æternis tandem mansurus in oris.
His tristes curis, plenisq; doloribus imis
Delecti proceres, non audent tollere vultum,
Nec caussam vnanimes tanti deposcere casus.
Interea accedunt Galilææ Capharnaa lentis
Passibus, & portas cum intrassent, protinus audax
Quæstor adest, Petrumq; petens hæc protulit ore;
Vester nunc nobis consueta tributa magister
Haud soluit; petimus soluat de more tributum.
Inde domum ingressus cognoscens talia, raptim
Christus ait Petro; Reges terræq; marisq;
Exposcunt natos censum, populosuè subactos?
Petrus ait; Populos, propria quos lege coercent.
Ergo, ait, immunes remanent à munere nati.
Deinde inquit Petro, Ne talia ferre recusent
Quæstores Solymi, pontum pete, & æquor in altum
Mitte hamũ tremula suspensum ab arundine, et illũ,
Qui prior ascendit, piscem comprende: repentè
Oris & extremis spectabis faucibus æra:
Suscipe confestim, & pro ambobus solue tributum.
Inde humileis animos tollit, damnatq; superbos;

Matt cap. 17. Marc. cap. 9. Luc. 9. Conc. Euang. c. 69. Exod. c. 30. Epiph. lib. 8. de mẽs & põder. Hierony. de Ezech. c. 4. Ioseph. Ant. lib. 3. cap. 9. & lib. 18. c. 12. & de bell. lib. 7. c. 26. & Card. Baron. Ann. Eccl. t. 1. ann. Christi 33. c. 21.

Matt. cap 19. Marc. cap. 9. Luc. 9. Conc. Euang. c. 70. Card. Baron Ann. Eccles. t. 1. ann. Christi 33. c. 2.

Matt. cap 18. Marc. cap 9. Conc. Euãg. c. 71. & Card Baron. vbi supra c. 23.

Et teneros aetate probat, recipitq; fouetq;.
Et pœnam imponit sceleratis mentibus, a quos
Quae exagitant animos puerorum, & pectora turbat.
Mortaleisq; inter tolerandos saepe dolores,
Supplicia, & dirae cruciatum, & verbera dextra,
Admonuit potius quàm extorres sedibus altis
Confieri, & caelis inimica in Tartara trudi.
Et sese humani generis venisse salutem
Praedicat, & nemore, & saltu, gregibusq; relictis
Interdum pastor pecudem deserta per arua
Quaerit, quam tenebrae, casusue, nemusue remouit.
Qui in facinus, mortemq; cadant, gaudentq; nocendo
Exercere animum, & sanctum violare pudorem,
Esse coercendos dixit, verbisq; benignis
Ad meliora piae reuocandos ocia vitae;
Edocuit modum, quo non praestantior alter:
Erudijtq; humileis socios, iterumq; monendo
Contribuit, quoscumq; velint, soluantue, ligentue
Arbitrio in terris proprio, firmumq; futurum
Id quoque caelestis suprema in sede parentis
Asseruit, nunquamq; fore hoc reuocabile verbum.
Subdidit inde Petro: Toties concedi petenti
Errorum veniam, quoties di poscet haberi.
Exemplisq; modum texens de patre benigno, tenebat,
Deq; fero in famulos, qui plura talenta tenebant,
Edocuit veniam manibus donare profusis.
His ita compositis, Galilaeis migrat ab oris

Soter cum cœtu, & Solymorum tendit ad vrbem,
Vt festum celebret reditum, quem turba quotannis
Ante aras, templumq; refert, dum fronde nigranti,
Finguibus & ramis tentoria structa coronat,
Vt sanctos renouent ritus, dum Nilus in orbem
Restituit proprium, & genti seruauit honores.
Sammarij hospicium prohibent, sed forte paratos
Vlcisci hoc facinus socios compescuit, atque
Accensam stimulis, rabieq; redarguit iram.
Dumq; moram traheret paruæ sub mœnibus vrbis
Bis quini occurrunt, scabie qui membra trementi
Oppressi extabant, Soter praecepit, vt irent
Ante Sacerdotes. Veterem accepere salutem
Vnà omnes, solusq; vnus memor inde reuersus
Perpetuas Domino soluit pro munere grateis.
Postquàm introgressus festis solemnibus vrbem
Christus, adit templum, & populū de more docebat,
Quosq; alacreis vidit sauas extendere palmas,
Vt se se exciperent, longo sermone repressit.
Post hæc egreditur Solymis, sese q; recepit
Montis Oliuarum ad dumos, paullumq; moratus
Hic Soter, Solymam redijt tum deniq; ad vrbem;
Ingressusq; iterum templum, diuina docebat
Iura sedens, populumq;, quid essent sacra, monebat.
Oblatamq; nurum, tenuit quam turpis adulter
Absoluit, vitæ haud desistens tradere formam.
Hic indignatur penitus Pharisæa propago,

Matt. cap 19. Marc. cap. 10. Luc. c. 9 Io. c. 7. Cōc. Euāg. c. 73. Polyd. Virg. de Inuē. rer. lib. 5. c. 7. & Cardi. Bar. Ann. Ecc. t. 1. ann. Christi 33. c. 25.

Luc. c. 17. & Conc. Euang. c. 74.

Io. cap. 7. & Conc. Euang. c. 75.

Obsistitq; illi, & quantum vesana voluntas
Ferre potest, viresq; valent, & cæca libido,
Pellere conantur templo, atque avertere gentem.
Cuncta sed in cassum, quæ orsa est Pharisæa, cadebat
Progenies, frustraq; omnis conatus abibat.
Sed rabie ardentes Satanæ, stimulisq; nefandis
Arripiunt lapides, quos non hunc fecit in vsum
Cunctorum natura parens, iam iamq; parabant
Naturæ auctorem sceleratis stringere dextris.
At Soter lethum expectans crudelius illo,
Quò sæuas Herebi fauceis inamœnaq; regna
Clauderet, & tetro frenaret carcere Ditem,
Conclusasq; fores tandem reseraret Olympi,
Iratumq; Patrem placaret, & vndiq; fuso
Sanguine deleret primæ transgressa parentis,
Se facie haud vlli cernendum, oculisq; malignis
Se rapit, & templo tandem discedit ab ipso.
Post hæc præteriens, oculis, & lumine captum
Aspexit iuuenem, & lucis miseratus egentem,
Composuit lutum ex terra, tenuiq; saliua,
Atque oculos olli contexit; deinde repentè
Iussit, vt ad Siloes contenderet ocyùs vndas,
Ablueretq; oculos, vt haberet luminis vsum.
Iuit, & optatum visum, lumenq; recepit.
Increpuit tamen hac tanti miracula facti
Æmula progenies, penitusq; abscondere cæcis
Optabat tenebris, famamq; auferre perennem.

Io. cap 9. & Conc. Euang. c. 78.

Hiero. in Isa. c. 8; Epiph. de vit. & inter. proph. c. 7. & Card. Baron. Ann. Eccl. t. 1. anno Christi 33. c. 26.

Arguit.

Arguit ast illos Soter, tumidamq; notauit
Inuidiam, & promptos animos ad crimina, dixit.
De Pastore etiam, pecoris quem cura remordet,
Cui quoq; grex proprius sit ad herbida pascua ductus
Verba diu fecit; sed segniùs alter inhæret
Armento qui duxit oues mercedis amore
Ad nemora, & saltus, permittit namq; rapaceis
Ore lupos auferre gregem, & disperdere morsu.
Ille sed audacem tendit festinus in hostem,
Nec sinit, armentum quicquam per crimina perdat.

Io c.10 Conc. Euãg.c.27. & Card. Baron. Ann Eccles. t.1.ann. Christi 33. c.27.

Hinc alios legit socios, auxitq; priorem
Heroum numerum, & præmisit ad oppida circum,
Huc illuc binos, quò iam properare parabat.
Quid facerent, præcepit eis quidq; esset agendum,
Monstrauit, docuitq; modum, quo viuere possent.

Luc. cap. 10. Conc. Euan. c.80.& Card. Baron. Ann. Eccl.t.1 ann. Christi 33. c. 28.

Interea accedit Iuris, legumq; peritus
Ad Iesum poscitq; modum, quo quærere possit
Inter mortaleis vitæq; animiq; salutem;
Cui Soter; Toto supremum ex corde Tonantem,
Ex animo toto, totisq; ex viribus, atque
Mente etiam ex tota venturos dilige in annos.
At homines, quorum pietas, & viuida virtus
Viuit in exemplo, vt te ipsum complexus, amabis.
Addidit exemplum pietatis, deq; Leuita
Ingrato longis sermonibus imbuit aureis;
Sammariumq; bonum, & veræ pietatis amantem
Antè oculos, posuit, diuino nomine dignum.

Luc. cap. 10. Conc. Euang. c.81.& Card. Baron.Ann. Eccl. t.1.ann. Christi 33. c. 30.

Hinc capias quodcumque placet, quodcumque saluti
Afferat; hinc vitæ poteris condiscere formam
Ex Solimis autem digressum Martha recepit
Intra ædeis proprias Bethaniæ in mœnibus vrbis.
Ante pedes Soteris erat, demissaq; vultum,
Intentasq; aureis Maria ostentabat, & omneis
Verborum impulsus sedato corde tenebat.
Inde iterum socios diuersa in sede monebat,
Quasq; preces, votiq; genus deferre Parenti
Excelso possent, vt grato munere sanctas
Explerent aras, oblataq; sacra placerent.
Impulit hic illum Pharisæus prandia secum
Sumere sed Christi factum indignatur, & audit
Intra animum vitam, & sanctos reprendere mores.
Iustitiam hic Soter Pharisæam subruit, atque
Admonet electos socio, ne talia vitæ
Sectentur genera, & ne horrerent corporis atram
Perniciem, sed eos, animis qui inferre pudicis
Possunt exitium, solerti corde timerent;
Virtutesq; omneis docuit, docuitq; loquendi
Iustitiæ formam, & virtutum præbuit vsum.
Et iuuenem increpuit, qui supplex ore rogabat,
Christus humum longo signaret limite mensor,
Vt fratrem inuisum remoueret ab æde paterna
Appositis metis, & agris poteretur auitis.
Damnosas ostendit opes, ostendit inaneis
Diuitias miseris mortalibus indere mortem;

Luc. cap. 10. Conc. Euang. c. 82. & Card. Bar. Ann. Eccles. t. 1 ann. Christi. 33. c. 30.

Luc. c. 11. 12. Conc. Euãg. c. 84. 85.

Appositoq; animos æterno carcere vitæ
Damnauit, fecitq; inopeis, sæclisq; futuris
Iussit perpetuum peragi infœliciter æuum.
Addidit extremos vitæ mortalis honores
Esse recensendos animo semperq; notandum
Postremum annorum finem, vitijsq; proteruis
Esse modum tandem statuendum, atq; illud apertis
Intulit exemplis, ne infœlix exitus adsit.
Peius & exitium vobis supereminet, inquit,
Quàm quos sub muris inopina morte peremit
In Siloe summus Romano nomine Præses
Ni vestri tandem sceleris, mentisq; prophanæ
Pœniteat, miseræq; adsit solertia menti.
Solemni tum forte die de more docebat
In templo, oblatamq; nurum cui membra rigore
Contracta immodico, sensuq; animaq; carebant,
Optata extendit vita, sensumq; per artus
Reddidit amissum, & concessit posse moueri.
Eumenides etiam fudit, quæ corpus in quis
Vexabant stimulis, & ad impia regna remisit.
Antistesq; aderat templi, quem talia sæuo
Increpitantem animo Soter compescuit ore.
Multa quoq; ostendit, quò tandem sanior esset
Errores inter tantos sententia menti.
Hinc iterum petijt Galilæas sedulus vrbeis,
Et circum peragebat ouans mandata Parentis;

Luc. cap. 13. Conc. Euág. c. 88. & Card. Baron. Ann. Eccl. t. 1. ann. Christ 33. c. 30. 31.

Luc. cap. 13. & Cōc. Euang. c. 89

Luc. cap. 13. Conc. Euág. c. 90. & Card. Baron. Ann. Eccl. t. 1. ann. Christi 33, c. 32.

Erat

Erudiensq; rudeis homines, cæleste docebat
Imperium, & sanctæ tradebat munia vitæ.
Innumerosq; homines ad aquas Phlegetontis ituros
Dixit, & ad cæcas per muta silentia sedes
Plures contendunt, quàm cæli ad regna beata.
Unde voluptates fœdas, fraudesq;, dolosq;
Insanosq; iræ stimulos, fastusq; superbos,
Inuidiamq;, & opes tota postponite mente.
Nam via decliuis, tetrum quæ ducit ad Orcum,
Mille capax aditus, & apertas vndiq; portas
Semper habet, quoquam nec tempore Tartarus vlli
Exiguus populo est, turbamq; accedere gaudet.
Sed via, quæ cæli ad fulgentia sydera ducit,
Angustos habet accessus, nec respicit vllum,
Difficilemq; aditum paucis venientibus offert.
Talia dum fatur Soter, Pharisæa propago
Admonet Herodem, furijs, atroq; veneno
Imbutum, assiduis tum deniq; quærere curis,
Ut perimat ferro per plurima vulnera Christum;
Vtq; procul fugiat Iudæis finibus; orant.
Ille autem cæcos fastus, menteisq; malignas
Arcuit, & clarius monstrauit denique verbis,
Esse sibi in Solymis moriendum: atque addidit vltrò,
Quæ miseris instent Solymis pro cæde ruinæ
Hac vna, & quantis perdendi casibus orbem
Iam profugi totum nullo cum fine videbunt.
Discubuitq; die festo solemnibus escis,

Ut

Ut morem gereret Pharisæo. Sanat ægrotum
Hic Soter, monstratq; diem solemniter actum,
Nec sanctis studijs illum fecisse prophanum.
Humanas rerum curas, quibus vndiq; mundus
Vrgetur, cæcosq; subit per crimina nexus,
Esse relinquendas dixit pro munere vitæ
Cælestis, totoq; hærendum pectore in illa.
Tēpus erat, quo tristis hyems Aquilonibus annum
Turbarat, mæstaq; Hyades, & frigida cælo
Sydera fulgebant, aer [illegible], fontesq; rigore,
Et fluuij glacie, & torrente frigore stabant.
Festa dies aderat, centum renouata per annos,
In Sol mis, qua rex Salomon, Iudasq; benignus
Instituere sacras ædeis, Templumq; dicarunt;
Siue hosteis fregere manu, pollutaq; sacra
Purgauere sacris solemni more litatis.
Uenerat huc Soter, nec non Salomonis in altis
Porticibus populum sanctissima iura docebat.
Hic rursus Solymi magno tubante tumultu
Conantur lapides in Christum immittere duros
Dextris vipereis, tantumq; extinguere nomen.
Ille sed inde abiens, trans monteis, transq; nitentem
Iordanem aufugit, populumq; ad vota sequentem
Erudijt, satiusq; ostendit viuere paruo.
Dumq; illum arguerent turba, quod pessima gentis
Amplexus genera, & Solymorum abscederet vrbe,
Christus ouis, drachmaq; capit pulcherrima dicta

Exem-

Luc. c. 14. & Conc. Euan. c. 101.

Io. c. 10. Concordi. Euang. c. 93. & Card. Bar. Ann. Eccles. t. 1. ann. Christi 33. c. 32.
Polid. Virgil. de inuen. rer. lib. 5. c. 7.

Luc. c. 15. 16. Conc. Euan. c. 94. 59.

Exempla & iuuenis, qui iam consumpserat omnem
Diuitias, factum profert ante ora videndum,
Prudentemq; virum, Dominum qui fraude fefellit.
Ut sibi curaret miseris pro rebus amicos,
Duxit in exemplum, vt vitæ melioris honores
Monstraret, populosq; ad amatas duceret arteis.
Post hæc verba facit sanctæ de munere tædæ,
Atque ait. O cæcum genus, & cui sola voluptas
Viuit in exemplis, vt ament concessa mariti.
Legum auctor Moses vobis, diuortia quondam
Permisit, quòd dura nimis nimiumq; proterua
Corda forent Solimis; namq; hoc si iure negasset,
In petora foret raptim delapsa iuuentus.
Sed vir mente potens, & sensu præditus alto
Quem Pater Omnipotens propria cũ coniuge iunxit,
Iudice sit nullo nullaq; solubilis arte
Ante diem extremum: mors tantum separet illos.
Qui verò vxorem dimittit, vt altera tædas
Vendicet optatas, & gentis munia sumat,
Patrat adulterium, postremo fine domandum.
Quiq; ita dimissam facta sibi lege pararit
Coniugij in sociam, & venturos pascit in annos,
Mœchus erit, pœnasq; dabit, dirumq; subibit
Supplicium, & nullo tædarum nomine præstat.
Perpetuos igitur cum coniuge viuat in annos
Coniux, diuino coniunctus fœdere lecti.
Diuitis historiam, thalami post fœdera, Soter

Matt.cap. 19. Marc cap. 10. Luc. c. 16.& Conc Euang. c. 96.97. Deut.c.24.

Ret-

Rettulit, atque illum pœnis torquerier atris
Monstrauit, corpusq; ferox, animamq; prophanam
Intra Herebi, Sataneq; sinum, mirabile dictu,
Delatam insanis monstris sinè fine sepultam.
Lazarus at contra, qui parua alimenta petebat
Diuite de tanto, super ardua sydera cœli
Sydereis iuuenum pennis delatus agebat
Perpetuos sinè labe manens fœliciter annos.
Inde monet socios factu nè turpibus vllum
Commoueant, caussamue ferant, quò fœda putentur.
Neué velint turbare animos, quos sancta coronet
Simplicitas, vitijsq; absint, nec crimina norint.
Insuper ostendit Pharisæum nomine iustum,
Qui templum ingressus de se se multa ferebat,
Esse nequam, & nunquam cœlesti munere dignum;
Ast hominem contra æternos meruisse penateis,
Extrema qui in parte orans se nomine nullo
Dignum ostentabat, veniam sed supplice voto
Poscebat, sanctas non audens ire sub aras.
Inponensq; manus pueris, quos nullus obumbrat
Fraudis amor, penitusq; absunt periuria linguæ;
Istorum est inquit, regnum cœleste, nec illos
Amplius audete ex nostro depellere cœtu;
Vos quoque, ni similes puerorum cordageratis,
Haud vnquam æthereos cœli superabitis axeis.
Diuitijs autem plenum, & cui plurimus vsus
Thesauri, magnumq; argenti pondus, & auri

Fulgeat, hospitium cernetis adire beatum
Cælorum rarò, raróq; intendere plantis
Cælestis regionis iter; seu spernere mundum.
Tamq; potest diues valuas intrare beatas,
Quam per acus tenuem ductum penetrare Camelus.
Cunctaq; posse Deum facundo protulit ore,
Quæ nequeunt homines conatu prodere toto.
Inde Petro, vt capiti sociorum, & multa roganti,
Vos, ait, ò Socij, qui meq;, meumq; tenere
Haud vnquam renuistis iter, cum stabit in alta
Maiestate sedens æterno Flamine natus
Virgine de sancta postremo tempore mundi,
Vos quoque bis senas renouato corpore sedes
Calcare haud veriti, in bis senas mentibus æquis
Vota viris dabitis, populis spectantibus altum
Iudicium, extremis cum deffluet ignibus orbis.
Vtq; magis moueat curis cælestibus illos,
Et sua sectentur vestigia, protulit inde,
Qui proprias animo, studióq; reliquerit ædeis,
Seu fratrum nimios fastus, leuiumq; sororum
Et morem, & curas, patrisq;, & matris amorem,
Et thalami, tædæq; vsum, natosq; nepotesq;,
Aruaq;, & algenteis saltus, syluasq;, nemusq; e
Et nitidum argentum, et magnis cum censibus aurū.
Vt nomen seruet nostrum, nostroq; Parenti
Mortaleis inter curas deseruiat aptè,
Accipiet centena olim in cælestibus oris

Munera

Munera, & aurato decoratus tempora serto
Stabit, & aeternos vitae potietur honores.
Deinde inquit primos miseris mortalibus aegris
Postremos tandem fieri super aethere summo;
Postremos autem, & quos contempsere Tyranni,
Astra super sedes habituros sorte priores.
Neuè forent paucis haec intellecta, subinde
Intulit exemplum Domini, cui vinea multis
Agricolis commissa fuit, qui parte diei
Diuersa venere, tamen mercedis eodem
Munere pro pacto, quodq. haec sit sumpta voluntas
Ex hominum meritis, contentos iussit abire.
Lazarus interea, Bethano sanguine cretus,
Vexatur grauibus morbis, tandemq. potenti
Oppressus Catoche postremas reddidit auras.
Huc Sotera vocant, missis pro fratre ministris,
Antè diem extremum trepidae, moestaeq; sorores.
Haud tamen ille adijt, nisi postquàm informe cadauer
Marmore sub gelido cognouerat esse sepultum.
Ergò expectatus tandem sese obtulit illis.
Martha domo egreditur, paullumq; dolore leuata
Obuia fit Domino, & breuibus sic ora resoluit;
Christe amor ò nostri, Patrisq; aeterna potestas,
Vitae auctor, populiq; salus, & gloria mundi,
Si haud procul à nobis mansisses, viueret ipse
Frater adhuc, saeuas nec adisset funeris vmbras;
Sed mihi certa fides tacito sub pectore versat,

Io.c.ij. Conc. c.102. Hiero. de locis Hebraicis, & Card Baron. Ann. Eccl. t. 1. ann. Christi 34. c. 1.

Te

Te, quodcumq; Deum pro mente poposceris aequa,
Protinus obtenturum illud, nullamq; repulsam
Passurum, & laetum tandem pro fine futurum.
At Iesus contra; Frater de morte resurget:
Martha ait: Haud dubito, quin sub postrema resurgat
Tempora, dum tumulo rediuiua cadauera surgent.
Iesus, vt hoc illi meliùs persuadeat, inquit;
En ego sum vita, & vitae certissimus auctor;
Qui in me credit, adhuc, vitae si stamina summo
Fregerit excidio, viuet, euocatus in auras:
Qui verò fruitur vitae faelicibus auris,
Atque in me credit, aeterna in saecula viuet.
Haec mihi credis ait? certissima talia reris?
Plus, quàm vera reor, mulier respondit; & inde
Imò, inquit, semper rata sum, firmumq; putaui,
Te Christum Genitore Deo de Virgine sancta
Humano generi optatam aduenisse salutem.
Haec ait, inde vocat timidè, maestamq; sororem,
Lugentem intra aedeis, Solymorum astante caterna.
Haec venit ad Iesum; & cuncti comitantur euntem.
Vt fuit ante pedes, decidit, talesq; repente
Edidit ore sonos, posuitq; in parte dolorem;
Si dudum, ô Soter, nobiscum ad nostra fuisses
Tecta, diem extremum, supremaq; tempora vitae
Non foret expertus nostro cum vulnere frater.
At Iesus Solymos flenteis, lachrymasq; sororum
Inspiciens, summo duxit suspiria cor de,

Atque

Atque ait; Et tumulus, sub quo posuistis eundem,
In qua parte iacet? quaue est regione locatus?
Illum vbi monstrarunt vicina in parte sorores,
Accessit Soter, lachrymasq; effudit, & alto
Corde iterum ducens suspiria, talibus infit;
Auferte ex tumulo lapidem. Sed putre cadauer,
Martha inquit, fœtet; Solis nam quatuor ortus,
Quatuor occasus, clausum post corpus opaco
Marmore, sunt hodie, & malè olenteis fundet odores.
Nonnè tibi, ille inquit, dixi longo ordine, quod si
In me credideris, manifesta videbitur omnis
Antè tuos oculos supremi gloria Patris?
Atque vbi sublatus tumulo lapis extitit, ipse
Erectis oculis sursum sic ora resoluit;
O Pater Omnipotens toto nunc pectore grateis
Ipse tibi refero, quod me audis semper, & alto
Vota, precesq; meas iandudum corde reponis.
Hæc mihi non vnquam dubia, aut incerta fuerunt;
Sed tecum hisce vtor, populus quò incredulus vltra
Haud erret, meq; abs te missum afferre salutem
Credat perpetuam, nec abhorreat ampliùs istud.
Orantem obseruant taciti, intentiq; tuentur,
Quid iubeat, quæ signa ferat, quò deinde cadat res
Hinc tumulum inspiciens, toto bis pectore anhelo
Infremuit, nutuq; caput concussit; & inde,
Quà mare, quà tellus, quà cœlum sydera torquet,
Quaq; patet Herebus, sublimi voce vocauit;

Lazare consurge ex tumulo, & te profer in auras
Confestim, vitaq; redi mortalis in vsum.
Hinc (miranda canam) tremere omnia visa repentè;
Et Solymis raptim gelida formidine sanguis
Diriguit, penitusq; inuasit pectora frigus
Astantis populi; confestimq; exijt alto
Marmore, qui iacuit sub marmore mortuus: illo;
Deuinctosq; pedes palmasq;, & vincta tenaci
Ora tenens vitta Solymo de more gerebat.
Soluite eum, Solymi, vinctasq; resoluite vittas,
Ille ait, & sinite, vt vestigia libera ponat.
Obstupuere omnes facti nouitate, virumq;
Mox adeunt trepidi. Nec sat vidisse loquentem,
Aut audisse semel, dum cuncta ex tempore narrat
Conuentu in medio, repetitis ordine rebus.
Quas scelerum formas, quæ fœda aspexerit ora,
Quas pœnas, furiasq; truces, irasq;, minasq;
Post lethum, æternosq; nigris fornacibus ignes,
Ipse recensebat, cunctorumq; ora mouebat.
His etiam addebat sedes, & læta piorum
Præmia, & æterna monstrabat gaudia vitæ.
Interea Soter Bethana reliquerat arua,
Cumq; pijs socijs Ephren peruenit ad vrbem,
Desertum iuxta positam regionis Iudæ,
Vt se subtraheret Solymis, intraque vetusta
Tecta morabatur, nec turpia facta videbat.
Eximiam hic etiam virtutem prodere factis
Incipit.

Incipit, & grauibus morbis agitata saluti
Corpora restituit, menteisq; , animosq; furenteis
Appositis manibus curauit, sanaq; fecit
Pectora multorum detenta immanibus Hydris.
Verùm vbi perpetuos memorandũ semper in annos
Sensit adesse diem, celebret quo nobile Pascha,
Protinus assumptis socijs festinat ad vrbem
Tendere Syriacam, & Patri acceptissima portet
Munera, & antiquum renouet de more triumphum.
Dumq; iter intendunt, socijs sanctissimus Heros
Commemorat, Solymos inter, proceresq; priores
Principibus, scribisq; simul, quique alta ministrant
Dona Sacerdotes, populosq; ad vota fatigant,
Se fore tradendum, & damnandum morte nefanda;
Illudentq; illum gentes, super addidit; inde
Percutient flagris, & sæuo verbere linguæ,
Atque Cruci tandem per plurima iurgia ponent.
Tertia sed postquàm terris illuxerit ægris
Alma dies, lætus superata morte resurget,
Atque triumphator tum demũ ascendet Olympum.
Talia dum loquitur, Zebedæi sedula coniux
Interpellat eum, votisque procacibus orat,
Vt dextràm teneat natorum maximus, alter
Ad læuam sedeat, cum ascenderit ille beatam
Ad sedem, & cælo fœlicia regna tenebit.
Audacem ille animum, & votum sinè mente petitum
Comprimit, & monstrat, qua sit ratione salutem

Matt. cap. 20. Marc. cap. 10 Luc. cap. 19. Conc. Euangel. cap. 104. & Cardi. Bar. Baro. Ann. Eccles. t. 1. ann. Christi 34. c. 2.

Tocendum, & damnat cæcum ambitionis honorem.

Luc. c 18. 19 Côc. Euang. cap. 105. 106. 107 & Card. Baron. Ann. Eccl. t. 1. ann. Christi 34. c. 2.

Iamq; propinquabant Iericho, cum in parte viarum
Stantem oculis captum iuuenem, trepidoq; petentem
Ore cibum, pulsis tenebris, & nocte maligna,
Restituit luci, fecitq; ad vota videntem.
Intra vrbem Ierichuntis eunt, portasq; patenteis
Cum primùm ingressi, Zacchæi ad tecta vocantur
Vnà omnes, mensisq; accumbunt ordine structis.
Huic quondam componere opes per fasq; , nefasq;
Mens fuit, & latè fuluum possederat aurum;
Ast vbi cognouit claris exempla figuris
De patre, deq. tribus famulis, quibus ille talenta
Ad quæstum concessa dedit, mox luce recepta
Hospitis aduentu, cœpit malè parta luendo,
Reddere cuique suum, & partiri cætera egenis.

Matt. cap. 20. Marc. cap. 10 Conc. Euan. c. 108.

Postquàm autẽ Iericho egressus, suprema vocanteis
Comperit, eccè, duos, qui amissi luminis vsum
Lamentabantur, visumq;, oculosq; rogabant;
Et visum, atque oculos ambobus reddidit, atque
Obscuram æterno compleuit lumine mentem.

Luc. c. 10. Io. c. 12. & Card. Bar. Ann. Ec. t. 1. ann. Christi 34. c. 3.

Post hæc Bethanes, socijs comitantibus, vrbem
Intrat, & excipitur tectis, mensisq; benignis,
Quas tum fortè illi solemni more parauit
Lazarus, ex tumulo nuper reuocatus in ædeũ.
Vescitur hic Soter; socij vescuntur; & ipse
Lazarus accumbit dapibus. Succedere Soter
Huius erat solitus tectis; crebroq; sub ade

Hac

Hac vna esse Deum posita se nube retexit.
Lazarus hic etenim Bethanes regna tenebat,
Diues opum, regnoq; potens, & diues auorum
Multorum, & clarum genus alto à sanguine regum.
Nam genitor magnas Syriæ frænauerat oras,
Imperijsq; suis populos, & legibus vrbes
Addidit, & placida cunctos in pace regebat.
Nemo illo hospitibus facilis magis: omnibus illa
Nocteis, atque dies domus vltró oblata patebat.
Martha ministrabat mensis, epulasq; ferebat;
Sed soror haud audens Soteris ad ora venire,
Terga petit, variosq; suis depromit odores
Thesauris, Casias, & Nardi mollis aristas,
Et thuris lachrymã, atq; aurã fragrantis Amomi;
Et flexis genibus permulcet prona sacratas
Unguento plantas, & odoribus aera complet.
Dehinc soluit crines, quos antè coercuit, aureos,
Inuoluit, tergitq; pedes, repetitq;, fouetq;
Sæpius, atque illis auidè oscula dulcia figit.
Iudam autem varijs carpentem ambagibus istud
Muneris officium, vt rapto ditesceret auro,
Heros Omnipotens acri sermone repressit;
Officiumq; pium, & factum memorabile semper
Hoc fore monstrauit. Mariamq; ingentibus, inquit,
Laudibus extollent, facientq; supra æthera notam
Vates, & toti memorabunt carmine mundo.
Hæc autem effatus Solymorum tendit ad vrbem.

Matt. cap. 21. Marc. cap. 5. Luc. c. 19. 10. c. 12. Concor. Euang. c. 110. & Cardi. Bar. Baro. Ann. Ecclef. t. 1. ann. Christi 34. c. 4. 7.

Cum socijs, varioq; viam sermone leuabat.
Finitima interea gentes, populiq; propinqui,
Qui patrias vrbeis, & tecta superba, lareisq;
Post habuere, diem solemni more sacratam
Ut coleret sacris veteres Salomonis ad aras,
Illius egregijs factis, & nomine claro
Permoti occurrunt, magna comitante caterua.
Culmen Oliueti tenuit sanctissimus Heros.
Cum videt accessum turbarum; hic ocyus, inquit
Dilectis socijs, Castellum è regione propinqua
Vos contra petite: hic vinctam inuenietis Asellam,
Et pullum matris circum vbera plena iocantem;
Soluite, & huc nobis adducite. Protinus illi
Parent imperio, & vetula cum matre trementem
Adducunt pullum, duplicis duo symbola vitæ.
Post hæc indomitum tardè gradientis Aselli
Vestibus insternunt dorsum, quod deinde repentè
Conscendit Soter, Solymamq; intendit ad vrbem.
Accipiunt turbæ medium, circumq; coronant
Delecti Heroes ducentem ad sancta triumphum
Templa Sacerdotum, maiestatemq; fatentem.
Hic cædunt alij ramos frondentis Oliuæ,
Palmarum truncos alij, manibusq; supinis
Ad cælum tollunt læti; frondentia multi
Culmina syluarum duro de stipite vellunt,
Insternuntq; vias, & stratum frondibus ornant.
Ast alij, queis verus amor, pietasq; mouebat

Pe-

Pectora, prosternunt vesteis, tunicasq; recingunt;
Et pauimenta tegunt, pedibus quæ vector Asellus
Calcet, dum Solymas Christum deducit ad arceis.
Turba triumphantem ad fulgentia sydera Christū
Euehit, & cælo geminatis laudibus effert.
Huic ait, omnis honos, huic gloria summa, decusq;
Æternum æternos semper tribuatur in annos.
Huic, repetunt socij, sit laus, & viuida virtus.
Obsequia, & pax, & sancti sint munia cultus.
Et sacros cantant hymnos, & carmina dicunt,
Psalmorumq; addunt præsagia, & omina vatum;
Quæq; alia in lætis quondam cecinere triumphis,
Adijciunt; nec quicquam æternæ laudis omittunt.
Dauide progenitum dicunt, regemq; potentem
Isacidùm, & populi cælo aduenisse salutem.
Appellantq; suum Christum, numenq; professi
Omnia posse ferunt, seruatoremq; fatentur;
Auctoremq; vocant rerum, mundiq; satorem,
Cui mare, cui tellus, cui lucida sydera parent.
Ast alij genitore Deo natumq; Deumq;
Esse volunt: clamantq;, Deus, Deus optimus adsit.
Sed magis, atque magis cuncti clamore secundo
Adijciunt Iesum, magnum, & venerabile nomen,
Cui mare, cui tellus, cui Tartara tota tremiscunt,
Sed cæli excipiunt læti, & reuerenter adorant.
Dum verò Soter summo de monte tuetur
Subiectam Solymā, lachrymarum flumina fundens,

Hæc ait. O vrbem Romano militie, & armis
Iam iam euertendam, et miseranda morte damnandã:
Fundamenta ruent, ruet omnis gloria, & omnis
Gentis honos, Solymoq; fluent de sanguine pleni
Torrentes, sanctæq; cadent mox funditùs aræ.
Te quoque dira fames inuadet: mater amati
(Pro facinus) nati tunc viscera tosta vorabit.
Multi mille vijs crudelia fata parabunt
Tum sibi, tum natis: & quos Romanus ad vrbem
Ducet captiuos, cuperent perijsse sub ipsis
Mærorum aggeribus, nè talia monstra subirent.
Veniũ erat ad portã, quæ dicta est Aurea priscis
Cum pater (eccè oculis magnum, & mirabile factũ)
Aurea porta Deo, quæ illis tum forte diebus
Clausa fuit, populosq; hac tantùm arcebat ab vrbe.
Mirantur iustiq; senes, matresq;, nurusq;,
Et proceres, vulgusq; simul: miratur & omnis
Turba virùm, factumq; Deo hoc auctore leuabant.
Hic se se pueri Solymorum læta canentes
Carmina, & incincti ramis, palmaq; virenti
Extra vrbem obijciunt Christo, regemq; salutant
Voce suum, & læto clamore ad sydera tollunt.
Huc eques intrabat, Christus, cum tota mouetur
Vrbs Solyma. & raptim procurrit, vt omnia seruet;
Quid faciat, quò tendat iter, quò tanta cadat res.
Illi autem, quibus est Christi haud incognita virtus,
Occurrunt alacres passim, plausumq; fauentum

In-

Ingeminant: quaq; ingreditur deductus Asello,
Insternunt Ostro sela, barbaricisq; tapetis,
Intenduntq; vias sertis, & floribus augent.
Præcedit iuuenum late manus omnis, & ingens
Pone alius globus; in medio pulcherrimus Heros
Eminet incuruo ad templum prouectus Asello.
Nudus erat vertex, diuinaq; frontis imago
Sese ostentabat, circumq; supraq; coruscæ
Prodibant flammæ, radiabatq; ignibus ignis
Excelso ex capite; atque humeris demissa fluebat
Ad talos vestis, quam quondam sancta Virago
Texuit egregijs manibus, puer oq; ferendam
Tradidit. Hæc pariter cum corpore creuit, & usu
Nullo attrita fuit, nulla consumpta senecta.
Pellis & ansanctas cingebat taurea plantas.
Hic rabie gliscens, stimulisq; furentibus acta
Inuida multorum manus improbat istud, & inquit.
O tu, qui stolido veheris male sanus Asello,
Fac, sileant, qui tecum adsunt; nec talia iactent;
Ambitiosus enim plausus, tantusq tumultus
Exitium auctori per crimina tanta parabit.
Iesus ad hæc breuiter. Populi si tanta silerent
Facta Dei, silices duri, atque immania saxa
Præter consuetum loquerentur talia mundo.
Venerat interea multis cum millibus Heros
Ad templum: plausus inter, studiumq; fauentum
Descendit, pedibusq; sacras intrauit in ædeis.

Eycit

Eijcit hinc iterum pensanteis ære columbas,
Atque boues, emptasq́ auro, argentoq́; bidenteis.
Et cæcis reddit visum, claudisq́ salutem,
Auditum surdis, Satanamq́; expellit ab ægris,
Curat & innumeros nimio languore solutos.
Edocet & populum summi mandata Parentis;
Seq́, ait, extremas paßurum ad mœnia pœnas,
Ut maneis redimat, populumq́; ex faucibus Orci;
Horrendumq́ genus lethi, immanemq́; malorum
Proponit seriem, & penitus, penitusq́; tremendum
Supplicium, & toto semper memorabile mundo;
Se tamen hoc facto penitus gaudere, quòd vmbris
Ipse pijs prorsus tandem spoliabitur Orcus.
Ipsæ etiam gentes, Satana sub nigra remiſſo
Tartara, prospicient fulgentia sydera cœli,
Et sese poterunt, sumptis ex tempore pennis,
Posthabitis terris, regnis inferre beatis.
His ita discretis, templo digressus, & vrbe,
Sese Bethanen, cœtu comitante, recepit.

Libri Octaui Finis.

SOTERIDOS

Libri Noni

ARGVMENTVM.

CONSTITVVNT Solymi Christum comprendere; profert
Tū Caiphas, melius nihil, aut perfectius isto.
Prædicit Solymæ excidium, templiq; ruinam
Soter; inde tenens Olearum culmen, ad vrbem
Conuersus, Socijs postrema incendia monstrat,
Iudicijq; refert metas, & singula narrat.
Excipit argentum furijs agitatus Iudas,
Ut prodat, Soterq; colit venerabile Pascha.

SEBASTIANI MACCII DVRANTINI SOTERIDOS

Liber Nonus.

VT Christum humano lustrantem corpore terras
Constitit esse Deum supremo ex æthere missum;
Vtq; arteis Satanæ penitus delusit, & omneis
Detexit veri caussas, Solymosq; superbos
Arguit, atque virum, genus alto à sanguine cretum,
Post quartum Solis cursum, reditumq; diurnum,
Ereptum letho iussit prodire sepulchro;
Vtq; triumphantem Solymam videre per vrbem
Intrare, & populum passim ad sua vota vocantem,
Inq; omneis populos latè increbescere nomen;
Extemplò turbati animi, cæcoq; tumultu

Con-

Confremuere omnes, studijsq; ardentibus atras
Exacuunt menteis: & qui sacra sceptra tenebant,
Exarsere odijs trepidi formidine rerum;
Ignescuntq; iræ fremitu, & furor omnia versat.
Cogitur extemplò Solymorum ad templa Senatus,
Vt dubios rerum euentus, casusq; futuros
Auertant, cæcisq; adsit solertia rebus:
Conueniunt proceres, Scribæq;, & maximus aræ
Custos Iosephus, Caipham cognomine dicunt:
Delectiq; senes adsunt, populiq; magistri
Ad numerũ vnà omnes, quòd Moses sanxerat olim,
Vt qui legis honos, videant, quæ sceptra parentur
Imperio, atque inter Solymos quis gentis Iudæ
Consurgat vates, qui se cælestibus ortum
Afferat, & populos sua per miracula ducat.
Marmoreo cuncti patres sedere recessu;
Vocibus inde feris ora indignantia soluunt;
Iam iam quid facimus? quæ nos tam sera moratur
Segnities? populi iurant in verba magistri
Bethlemi, qui cuncta mouet, qui cuncta refellit
Nostrorum præcepta senum, legesq; refigit;
Nititur & tandem Solymorum perdere nomen.
Sunt, qui ipsum iubeant lethali fine domandum
Seu vi, siuè dolo: nonnulli in vincula ductum
Perdendum suadent; alij de turrribus altis
Mittendum in præceps; iuuenemq; è faucibus Orci
Ereptum dicunt inopina morte necandum,

Io.c.ij.Conc. Euang.c.103. & Cardi.~~Bar.~~ Baro.Ann.Ecclef.t. 1. ann. Christi 34. c. 2.

Num.c.ij.Ioseph.Ant.lib. 14. cap. 17. & Card. Baron. Anna.Ecclef. t. 1. ann. Christi 31. cap. 6. & an. 34 c. 2.

Nè noua monstra ferat, populos seducat, & vrbes.
Ast alij plebem metuunt, vulgiq; furorem;
Vnde animus manet in dubio, et tremor occupat artus
Multa illi inter se vario sermone serebant
Solliciti: vasto strepit ingens murmure templum.
Celsior at Caiphas, sceptroq; innexus, & ara,
Accinctumq; caput vittis, sanctaq; tiara
Ostentans, Tyrioq; humeros redimitus amictu,
Aethereo excitus motu sic ora resoluit;
Nescitis quicquam, nec cuncta rependitis æqua
Mente, Patres, vestraq; fugit vos cura salutis;
Huic vni potiùs crudelia fata parentur,
Quàm nostrum euerti imperium, gentemq; sinamus;
Expedit hoc meliùs, nec quicquam dignius isto.
Talia tum Caiphas diuino numine motus
Conuentu in medio pro libertate suorum
Disseruit, Solymiq; patres vno ore probarunt.
Omnibus idem animus, sed qua ratione, quod instat,
Confieri possit, varijs ambagibus hærent.
Interea Soter Bethana ex vrbe redibat
Ad Solymos, læuaq; videt de parte viarum
Annosam ficum, ramis, & fronde virentem;
Vt verò optatum captaret ab arbore fœtum,
Accessit, cernensq; ingenti stipite plantam,
Poma nec in ramis frondentibus vlla gerentem,
Protinus arentem comperto crimine fecit.
Inde vrbem ingressus media testudine templi
Cun-

Matt. cap. 21. Io. c. 12. Cõc. Euang. c. iij. Isid. ad Theo pomp. lib. 1. Ep. 51. & Car. Baron. Ann. Eccl. t. 1. ann. Christi 34. c. 8. 9.

Cuncta docet, quæ afferre queant optata salutem
Gentibus, & pariant in secla futura quietem.
Atque Sacerdotum primis, senibusq; superbis
De patre, cui quondam plantata est vinea, cuique
Ingratis commissa fuit, rudibusq; colonis,
Plurima disseruit; regisq; exempla potentis
Addidit, excelsas nato qui fœdere tædas
Condidit, & multos conuiuia ad alta vocauit.
Insanisq; inquit Pharisæis; Cæsaris aurum
Cæsar agat, capiatq; Dei Deus optimus aurum.
Et Sadducæos Herebi caligine mersos
Arguit, & vitam sumptura cadauera dixit.
Mandatumq; iterum Pharisæis iuris, & æqui
Detexit, natiq; Deo genitore potentis
Diuinam ostendit naturam, & corda superborum
Increpuit scelerata virum, fictumq; pudorem.
Hic etiam Viduam pro paupertate ferentem
Muneris æra duo verbis laudauit amicis.
Hinc templo egressus, socijs mirantibus inquit;
Non hæc perpetuum moles mansura per æuum
Extabit: seri haud poterunt spectare nepotes.
Templa ruent, postesq; ruent, & cardine verso
Excisæ valuæ procumbent, lapsa ruinam
Tecta dabunt, penitusq; solo exæquata iacebunt.
Urbs ruet ipsa etiam, vindexq; exhauriet ignis,
Et passim hæc largo sudabit sanguine tellus;
Vixq; super tantæ extabunt vestigia molis.

O ciues

SEBASTIANI MACCII DVRANTINI SOTERIDOS

Liber Nonus.

VT Christum humano lustrantem corpore terras
Constitit esse Deum supremo ex æthere missum;
Vtq; arteis Satanæ penitus delusit, & omneis
Detexit veri caussas, Solymosq; superbos
Arguit, atque virum, genus alto á sanguine cretum,
Post quartum Solis cursum, reditumq; diurnum,
Ereptum letho iussit prodire sepulchro;
Vtq; triumphantem Solymam videre per vrbem
Intrare, & populum passim ad sua vota vocantem,
Inq; omneis populos latè increbescere nomen;
Extemplò turbati animi, cæcoq; tumultu

Con-

Confremuere omnes, studijsq́; ardentibus atras
Exacuunt menteis: & qui sacra sceptra tenebant,
Exarsere odijs trepidi formidine rerum;
Ignescuntq́; iræ fremitu, & furor omnia versat.
Cogitur extempló Solymorum ad templa Senatus,
Vt dubios rerum euentus, casusq́; futuros
Auertant, cæcisq́; adsit solertia rebus:
Conueniunt proceres, Scribæq́; & maximus aræ
Custos Iosephus, Caipham cognomine dicunt:
Delectiq́; senes adsunt, populiq́; magistri
Ad numerū vnà omnes, quòd Moses sanxerat olim,
Vt qui legis honos, videant, quæ sceptra parentur
Imperio, atque inter Solymos quis gentis Iudæ
Consurgat vates, qui se cælestibus ortum
Afferat, & populos sua per miracula ducat.
Marmoreo cuncti patres sedere recessu;
Vocibus inde feris ora indignantia soluunt;
Iam iam quid facimus? quæ nos tam sera moratur
Segnities? populi iurant in verba magistri
Bethlemi, qui cuncta mouet, qui cuncta refellit
Nostrorum præcepta senum, legesq́; refigit;
Nititur & tandem Solymorum perdere nomen.
Sunt, qui ipsum iubeant lethali fine domandum
Seu vi, siuè dolo: nonnulli in vincula ductum
Perdendum suadent; alij de turrribus altis
Mittendum in præceps; iuuenemq́; è faucibus Orci
Ereptum dicunt inopina morte necandum,

Io.c.ij.Conc. Euang.c.103. & Cardi.Bar. Baro.Ann.Ecclef.t.1.ann. Christi 34. c. 2.

Num.c.ij.Ioseph.Ant.lib. 14.cap.17.& Card. Baron. Anna.Ecclef. t.1.ann. Christi 31.cap.6.& an.34.c.2.

Nè

SEBASTIANI MACCII DVRANTINI SOTERIDOS

Liber Nonus.

VT Christum humano lustrantem corpore terras
Constitit esse Deum supremo ex æthere missum;
Vtq; arteis Satanæ penitus delusit, & omneis
Detexit veri caussas, Solymosq; superbos
Arguit, atque virum, genus alto à sanguine cretum,
Post quartum Solis cursum, reditumq; diurnum,
Ereptum letho iussit prodire sepulchro;
Vtq; triumphantem Solymam videre per vrbem
Intrare, & populum passim ad sua vota vocantem,
Inq; omneis populos latè increbescere nomen;
Extemplò turbati animi, cæcoq; tumultu

Con-

Confremuere omnes, studijsq; ardentibus atras
Exacuunt menteis: & qui sacra sceptra tenebant,
Exarsere odijs trepidi formidine rerum;
Ignescuntq; ira fremitu, & furor omnia versat.
Cogitur extemplò Solymorum ad templa Senatus,
Vt dubios rerum euentus, casusq; futuros
Auertant, cæcisq; adsit solertia rebus:
Conueniunt proceres, Scribæq; & maximus aræ
Custos Iosephus, Caipham cognomine dicunt:
Delectiq; senes adsunt, populiq; magistri
Adnumerū vnà omnes, quòd Moses sanxerat olim,
Vt qui legis honos, videant, quæ sceptra parentur
Imperio, atque inter Solymos quis gentis Iudæ
Consurgat vates, qui se cælestibus ortum
Asserat, & populos sua per miracula ducat.
Marmoreo cuncti patres sedere recessu;
Vocibus inde feris ora indignantia soluunt;
Iam iam quid facimus? quæ nos tam sera moratur
Segnities? populi iurant in verba magistri
Bethlemi, qui cuncta mouet, qui cuncta refellit
Nostrorum præcepta senum, legesq; refigit;
Nititur & tandem Solymorum perdere nomen.
Sunt, qui ipsum iubeant lethali fine domandum
Seu vi, siuè dolo: nonnulli in vincula ductum
Perdendum suadent; alij de turribus altis
Mittendum in præceps; iuuenemq; è faucibus Orci
Ereptum dicunt inopina morte necandum,

Io.c.ij.Conc. Euang.c.103. & Cardi.Bar. Baro.Ann.Ecclef.t. 1. ann. Christi 34. c. 2.

Num.c.ij.Ioseph.Ant.lib. 14. cap. 17. & Card. Baron. Anna.Ecclef. t. 1.ann. Christi 31.cap.6.& an.34 c. 2.

SEBASTIANI MACCII DVRANTINI SOTERIDOS

Liber Nonus.

VT Christum humano lustrantem corpore terras
Constitit esse Deum supremo ex æthere missum;
Vtq; arteis Satanæ penitus delusit, & omneis
Detexit veri caussas, Solymosq; superbos
Arguit, atque virum, genus alto á sanguine cretum,
Post quartum Solis cursum, reditumq; diurnum,
Ereptum letho iussit prodire sepulchro;
Vtq; triumphantem Solymam videre per vrbem
Intrare, & populum passim ad sua vota vocantem,
Inq; omneis populos latè increbescere nomen;
Extemplò turbati animi, cæcoq; tumultu

Con-

Confremuere omnes, studijsq; ardentibus atras
Exacuunt menteis: & qui sacra sceptra tenebant,
Exarsere odijs trepidi formidine rerum;
Ignescuntq; iræ fremitu, & furor omnia versat.
Cogitur extemplò Solymorum ad templa Senatus,
Vt dubios rerum euentus, casusq; futuros
Auertant, cæcisq; adsit solertia rebus:
Conueniunt proceres, Scribæq;, & maximus aræ
Custos Iosephus, Caipham cognomine dicunt:
Delectiq; senes adsunt, populiq; magistri
Ad numerũ vnà omnes, quòd Moses sanxerat olim,
Vt qui legis honos, videant, quæ sceptra parentur
Imperio, atque inter Solymos quis gentis Iudæ
Consurgat vates, qui se cælestibus ortum
Asserat, & populos sua per miracula ducat.
Marmoreo cuncti patres sedere recessu;
Vocibus inde feris ora indignantia soluunt;
Iam iam quid facimus? quæ nos tam sera moratur
Segnities? populi iurant in verba magistri
Bethlemi, qui cuncta mouet, qui cuncta refellit
Nostrorum præcepta senum, legesq; refigit;
Nititur & tandem Solymorum perdere nomen.
Sunt, qui ipsum iubeant lethali fine domandum
Seu vi, siuè dolo: nonnulli in vincula ductum
Perdendum suadent; alij de turrribus altis
Mittendum in præceps; iuuenemq; è faucibus Orci
Ereptum dicunt inopina morte necandum,

Io.c.ij.Conc. Euang.c.103. & Cardi. Bar. Baro.Ann.Ecclef.t. 1. ann. Christi 34. c. 2.

Num.c.ij.Ioseph.Ant.lib. 14.cap. 17.& Card. Baron. Anna.Ecclef. t.1.ann. Christi 31.cap.6.& an.34 c. 2.

Cuncta docet, quæ afferre queant optata salutem
Gentibus, & pariant in sæcla futura quietem.
Atque Sacerdotum primis, senibusq; superbis
De patre, cui quondam plantata est vinea, cuique
Ingratis commissa fuit, rudibusq; colonis,
Plurima disseruit; regisq; exempla potentis
Addidit, excelsas nato qui fœdere tædas
Condidit, & multos conuiuia ad alta vocauit.
Insaniq; inquit Pharisæis; Cæsaris aurum
Cæsar agat, capiatq; Dei Deus optimus aurum.
Et Sadducæos Herebi caligine mersos
Arguit, & vitam sumptura cadauera dixit.
Mandatumq; iterum Pharisæis iuris, & æqui
Detexit, natiq; Deo genitore potentis
Diuinam ostendit naturam, & corda superborum
Increpuit scelerata virum, fictumq; pudorem.
Hic etiam Viduam pro paupertate ferentem
Muneris æra duo verbis laudauit amicis.
Hinc templo egressus, socijs mirantibus inquit;
Non hæc perpetuum moles mansura per æuum
Extabit: seri haud poterunt spectare nepotes.
Templa ruent, postesq; ruent, & cardine verso
Excisæ valuæ procumbent; lapsa ruinam
Tecta dabunt, penitusq; solo exæquata iacebunt.
Urbs ruet ipsa etiam, vindexq; exhauriet ignis,
Et passim hæc largo sudabit sanguine tellus;
Vixq; super tanta extabunt vestigia molis.

O ciues

O ciues, ciues, qui inopina morte necatis
Excelsos vates, quos dignos numine fecit
Spiritus æthereus, lapidumq́; horroribus illos,
Qui vos conueniunt, dextris pulsatis iniquis,
Væ vobis quondam. Quoties vos cogere nostro
Optaui amplexu, veluti cristata volucris
Sub pansis alis fœtum compellat amatum;
Sed vos grata mei renuistis munera vultus,
Amplexumq́; meum spreuistis, & ocia vestræ
Æternis vitæ quondam seruata sub annis.
En meritas vestro soluetis sanguine pœnas;
Et iam iam Solymis supereminet ædibus ingens
Excidium, nunquamq́; olim reparabitur ætas.
Hæc postquàm Soter socijs patefecit, ab vrbe
Motus, Oliuarum se fert ad culmina montis.
Hic suppressit iter, retro conuersus, & vrbem
Inspiciens, summo duxit suspiria corde,
Et lachrymas iterum super illam effudit amaras.
Atque ita sollicitus, procera innixus Oliua,
Plurima quæ in latos tendebat brachia campos,
Et ramis circum spatiosam fecerat vmbram,
Ad circunstanteis socios hæc edidit ore;
O socij, auscultate, precor; mea figite dicta
Pectoribus; memores verborum estote meorum.
Nam quæ post obitum Mundi ventura sub axe
Æthereo existant, æterna mente reposta
Hactenus, hic vobis sublimi carmine pandam.

Elo-

Eloquar æterni nullis arcana Parentis
Cognita; & haud dubijs animarum exordia verbis
Ostendam, & sedes, quæ sint post fata futuræ.
Hæc audite, precor; mentesq́; huc vertite vestras;
Est etenim res magna nimis, multoq́; futura
Auxilio vobis, recta si mente putetur.
Omnipotens Genitor, vastum qui temperat orbem,
Antè mare, & terras, antè omnia secula, & annos
Extitit, & naturæ intra penetralia mansit
Diuinæ, proprijsq́; bonis contentus agebat
Æternam vitam, exorsis, & fine carentem.
Hic ille æterna generat virtute sub annis
Æternis natum, parili virtute potentem.
Ille ego sum natus, qui, vt sum mortalis, ab annis
Tempora traduco, & vitæ postrema videbo;
Ut tamen æterno generatus Patre, morabor
Semper in æternum, & secum sinè fine manebo.
Ambo equidē æterni æternum spiramus Amorem,
Qui sanctis nectit vinclis primordia rerum,
Et cœlum, & terram, & totum complectitur orbem.
Natura est eadem nobis, eademq́; potestas:
Quod volo, vult genitor, vult spiritus almus Amoris
Æterni; est eadem nobis, atque vna voluntas.
Quisque tamen verè proprio discretus honore
Discrepat; absque alio vero discrimine gaudet.
Est in me Genitor, sumq́; in Genitore, manetq́;
Spiritus in Patre, & Pater est in flamine sancto;

Sumq; ego ab æterno nunquam seiunctus Amore
Estq; Amor aeternis mecum copulatus ab annis.
Vis haec diuina Mundum virtute creauit
Materie ex nulla, & fulgentia sydera fecit.
Bruta quoque, & volucreis, pontiq; ferocia monstra
Condidit, & certa tandem regione locauit.
Inde hominem terris rectum, & qui sydera cœli
Captet inexpletis oculis, & lumine recto
Fecimus, & late dominari iussimus orbi.
Huic quoque praeceptum sobolis, stirpisq; creandæ
In sanctis dedimus mandatis; vnde repente (rus
Et Scytici, atq; Arabes, Nabathaeus, et hospes Ibe-
Conspecti in terris, ab eodem semine nati.
Dissimileis, simileisq; facit natura figuras,
Quando secreto conclusit pondera ventre.
Hinc fingit molem ingentem, cui lacteus humor
Intus inest, praebetq; illi pro lege vigorem;
Deinde etiam sensum tribuit, cui viuida virtus
Insit, & optatas habeat per singula vireis.
Neuè rude hoc animal sit imagine, & intus iniquam
Brutorum effigiem referat, confingimus illum
Vnà omnes, vitaq; damus meliora futuræ
Principia, & similem nobis per cuncta paramus.
Cuiq; etenim mentem coniungimus vndiq; puram,
Vt molem informet, formatamq; vrgeat illam
Ad libitum, plenasq; regat cum corpore vireis.
Ex nullo hanc facimus limo, non sydere, nonuê

Assume

Assumptam ex vndis, cæloue, aut æthere summo,
Siue igni extremo factos partimur in artus;
Sponte sed hanc vnam nostra virtute creamus
Perpetuam, & nullis pereuntem finibus æui,
Et factis membris raptim impartimur habendam.
Pura illis, simplexq; datur, nec crimine quoquam
Polluta, aut cæcis vitiorum infecta tenebris.
Multi sed cæcos conuersi ad corporis artus
Exercent mentem vitijs, stimulisq; prophanis,
Nec scelerum formas vlla posuere senecta.
At alij, quorum melior sententia menti
Extitit, humanæ vitæ contemnere fœdam
Sustinuere luem, virtutesq; inde per omneis
Composuere gradum, & fœlicia sæcla diebus
Quæsiuere suis, æternaq; gaudia vitæ.
Stat sua cuiq; dies, & quanquam corporis artus
Destituant animæ perfectis cursibus æui,
Et pœnas capiant, vel præmia digna laborum
Vt vitia, aut pietas pro factis grata fuere;
Attamen vna dies manet alta mente reposta,
Vt pateant fraudes hominum, probitasq;, fidesq;,
Et vis, & virtus oculis cernantur apertis;
Et quàm sit iustus facto discrimine Iudex,
Quamq; animi, et voti facilis, quàm præmia reddat,
Haud dubij oculis possit cognoscere mundus.
Corpora tum surgent tumulis rediuiua relictis,
Assumentq; animas, & ad vltima munia tendent,

S 2 Hic

Hic locus huius erit postremi muneris; illum
In Patris aeternis curis elegimus olim;
Vtq; pij vates monstrarent carmine mundo,
Iussimus: & mundo monstrarunt carmine vates.
Cernitis hanc Vallem, Solyma quae clauditur vrbe,
Et monte hoc circum, pinguis cui nomen Oliuae,
Quam gelidis vndis faecundat, & irrigat amnis
Perpetuus Cedron, caelo gratissimus amnis?
Nunc Solymi hanc Vallem Iosaphata nomine dicunt.
Quondam Romulidae templiq;, vrbisq; ruinis
Complebunt imum, mundo mirante profundum;
Hac tamen haud vnquam complebitur aggere tanto.
Hic reges quondam Iudae foelicibus acti
Auspicijs, exsculpta sacris Idola nefandis
Flammarumq; globis, & amicis ignibus aris
Combussere, pyris inferna in valle regestis;
Inq; auidum fluuium cineres sparsere prophanos.
Hac quoque conduntur defuncta cadauera terra:
Nuper &, has auis nostri cum fortibus armis
Christiadae capient, Melisendis regia moles.
Sub media extabit valle, & cum mole sepultum
Corpus humo, postquam Solymorum excesserit oris.
Hic quoque pro meritis poenas, & praemia sumet
Humanum genus, effecto discrimine vitae.
Hic, Socij, vestros animos, menteisq; benignas
Ardor habet (video) tempus cognoscere tantum,
An procul à vobis existat, siue propinquum.

Christianus Adrichom. in descript. Vrbis Hierosol. num. 204.

Aduentu.

Adueniet mundo, postremaq; sæcla minetur.
Dicam equidem, & quæ nota reor prodesse, monebo.
Cætera namq; mei secreta arcana Parentis
Fas, & iura vetant animis euoluere vestris.
Arrigite hic animos, vanumq; arcete timorem,
Dum loquor, & sana peruoluite talia mente:
Iudicij extremi tempus, quo sæcula Vallem
Hanc totam opplebunt miseris mortalibus, vnum
Non annum, aut mensem statuo, non sæcula rerum,
Ætatesuè aliquas, repetitauè signa per orbem
Cursibus æthereis; nec nunc decernimus istud.
Sed postrema dies, & amaræ mortis imago
Semper adest, semperq; hominem sua tẽpora pellunt.
Dum mundus senio, nimiaq; ætate labascet,
Vltimus instabit terror, dum talia nunquam
Tempora mortales operosa mente putabunt.
Sydera dum gelidas cælo labentur in vndas,
Et somnos Aurora graueis, tenebrasq; malignas
Fuderit, & nitidum mortalia lumina Solem
Fulgenteis radios spectarint promere mundo,
Et Tartessiacis fuerit requieta sub vndis
Luna, dies aderit, postremaq; sæcula mundi.
Sed non antè datur sæclorum cernere finem,
Quàm Christi totus Sotera exceperit orbis;
Perq; omneis cæliq; plagas, terræq;, marisq;,
Et tripliceis mundi parteis peruenerit omnis
Perfectæ pietatis amor, verumq;, fidesq;,

Et Crucis excelsæ quondam venerabile lignum.
Donec ad extremos nostrum non venerit Indos
Nomen, & Antipodæ verum pietatis honorem
Non norint, penitusq; incognitus orbis amori
Submittat nostro ceruicem, & iussa capessat.
Sed magis haud quicquam turbabit pectora quondam
Multorum vesana virum, quàm temporis huius
Incertus cursus, certis monstrabilis annis.
Nam Pater Omnipotens notum hoc mortalibus vllis
Haud voluit, penitusq; istud cœlestibus ipsis
Abnuit imò etiam mihi, qui sum certa voluntas
Ipsius, & possum, quicquid Patris alta supremi
Dextra potest, vobis nè pandam, cuncta negauit.
Desinite, ò Socij, vanis exquirere curis
Cunctarum finem rerum, summumq; laborem,
Quo mare, quo tellus, quo totus corruet orbis,
Et genus humanum postremos cernet honores.
At vigiles animisq; pijs, curisq; benignis
Estote, & semper Dominumq;, Deumq; potentem
Expectate, hominum vt curas examinet omneis.
Et tamen antè obitum, supremaq; funera mundi
Omnipotens Genitor mortalia corda monebit
Haud dubijs signis sæclorum instare ruinam.
Nam postquàm penitus leges exceperit orbis
Has nostras, genteis quas nunc vulgamus in omneis,
Irenæ. Hippol. *Ex Danis Solymi genere, incœstuq; nefando*
Cyrillus, & *Nascetur Babylone puer, qui occultus, & exspes,*

Et

Et contemptus aget primam sine honore iuuentam;
Sed caput extemplò, populo mirante, superbum
Eriget, & primos vesanus adibit honores
Huic coniunctus erit Satanas, stimulisq; feretur
Eumenidum, nostrisq; focis aduersus, & aris,
Cuncta aget, vt nostrum perdat per sacula nomen.
Principió fictis animis, & corde maligno
Innumeros capiet populos; simulabit amorem
Et sancti, castiq; animi, parciq;, pijq;.
Occultas rerum vireis, venturaq; noscet
Tempora, & euoluet caussas, casusq; futuros
Decipiet Solymos, seq; aduenisse salutem
Asseret, & toties promissum vatibus olim.
Captabit genteis opibus; verbisq;, minisq;
Terrebit miseros homines. tremefactaq; ducet
Corda virum, & totum implebit terroribus orbem.
Prodigijs genteis subuertet, signaq; rerum
Admiranda dabit, mendaceisq; efferet arteis.
Nec; cibum fieri populo potuisse negabit,
Auferet, & sacrum fontem, delebit & ipsum
Obsequium Crucis, & tantum interdicet honorem.
Proferet hoc vnum vexillum pessimus auctor;
Inficior IESVM. Genteis, populosq; sequenteis
Muniet hoc signo, & tantis præfulciet armis.
Inde potens, pollensq; simul turbaq;, viroq;
Romanum petet Imperium, tunc dena per arma
Diuisum, & reges Libyæ, Niliq; feracis,

Hieron. apud Daniel. cap. ij Aug. in Iosue q. 22. Prosp. i lib. de pmiss. & præd. Dei, Greg. Moral. lib. 31. cap. 10. Ambros. & Ruffin. in lib. de bened. Patriarch. Beda Genes. cap. 49 Rupert. de Trinit. & eius operib. lib 9. c. 2. & Hiere. c. 8. & Io. in Apoc. c. 7. vbi omnes S. Patres, & fusiùs hoc pertractant Bened. Pererius Cōment. in Daniel. lib. 14. & Ioseph. Acos. de tempo nouiss lib. 2. c. 5. Daniel. c. ij. vbi Theodor. & Hieron. Io. in Apoc. c. 7. Io. Damas. de fid. & hom. lib. 4. c. 27 & Pererius, & Acosta vbi supra c. 6.

Bened. Pererius i Daniel. Comm. lib. 15. ex Sanctis Patribus. Bened. Perer. vbi supra, & Iosep. Acost. de Temp. nouis. lib. 2. c 9. 10. 12.

S 4 Æthyo-

Aethyopasq; ferox superabit milite, & armis
At reliqui reges fasceis, & colla subacta
Supponent fœda regi, legesq; capessent.
Seq; hominum regem, regemq;, Deumq; Deorum
Constituet, sanctosq; sibi prascribet honores;
Inq; Dei templo, solioq;, & sede superba
Stabit, & excipiet cunctorum nomine regum
Legatos; populisq; potens, regumq; tyrannus
Imperij metas per totum proferet orbem.
Enoch interea, & Thesbites numine ducti
Aethereo aduenient, homines vt ad impia lapsos
Facta hominis reuocent, & amico numine firment.
Multa ferent, facientq; ambo, & clamore tyrannum
Magna sonaturo contendent pellere templo,
Nè sanctos fœdet ritus, & polluat aras.
Impia sed Satanæ proles, cui virus Echidnæ
Totum inerit, penitusq; furor sub pectore gliscet,
Consurget bello in vates, factoq; tumultu
Ambos antè aras crudeli morte necabit.
Hic tandem has terra superas elatus in auras,
Ut se cœlestum supremas tendere ad ædeis
Innuat, haud ferro, & bello, manibusuè paratis,
Sed virtute mea gladioq;, & fulmine vocis
Concidet ictus atrox, sceleratq; stamina vitæ
Rumpet, & ad maneis confractus tendet Auernos.
Sol quoque signa dabit; Solis nam tristis imago
Ut nitidos crines ferrugine texerit atra,

Bened. Perer. in Dan. Cóm. lib. 15. & Ioseph. Acost. de Temp. nouiss lib. 3. c. 5. & seqq.

Bened. Perer. ex sanctis Patribus, & scriptura in Dan. Comm. lib. 14 in fin. & Iose. Acos. de Tép. nouiss. lib. 3. c. 16. 17.

Isa. cap. 13 Ezech. cap. 32.

Iuri-

Lurida sollicitis præbebit lumina terris;
Unde fera æternam exhorrescent sæcula noctem.
Luna etiam varios patietur mœsta labores,
Et clarum obscuris abscondet nubibus orbem.
Astra cadent cœlo, & tristissima sydera totum
Destituent mundum, & pollutos sanguine vultus
Ostendent terris, tenebrosaq; sæcula reddent.
Liber vterq; polus voluetur; turbine cœlum
Concussum ruere, & penitus compage soluta
Iam iam casurum totus mirabitur orbis.
Terra tremet, magnisq; fragoribus icta fatiscet,
Et motu concussa graui soluetur ab imis
Visceribus, primosq; referre videbitur ortus.
Concurrent montes, & agentur montibus altis,
Inde ruent, vallesq; æquatæ corpore toto
Montibus, ingenteisq; minas, rabiemq; tremendam
Præferre audebunt, tremefactaq; terga resoluent.
Pandentur latebræ, diuisaq; hiatibus imis
Tota ruet moles, plorataq; vota iacebunt.
Saxa quoque, & lapides certabunt; funditus vrbes
Cum populis, sanctisq; aris, domibusq; superbis
Per sua postremam patientur damna ruinam.
At pelagus voluet tantos ad litora fluctus,
Vt nequeant perferre homines, penitusq; per artus
Arida membra gerent grauium pro crimine rerum.
Consurgent montes vndarum; & fluctibus vrbes
Mergentur, pressoq; iacebunt culmine villæ.

Ioel.cap. 2. 3. Matt.cap. 24. Aug. de Ciu. Dei lib. 18. c. 23. & Ioseph. Acost. de Tépo.nouiss.lib. 4.c.7.

Hippo. Mart. in orat. de cõsum. sæculi, & Iosep. Acost. de Temp. nouiss.lib.4.c.8. Psal.96.Isai. c.13.Aggæi. c.2 Paul. ad Heb. c. 10.

Sap.cap.5.& Luc.c.21.

Tur-

Turgescent placidi fontes, & flumina cursum
Concita torquebunt rapidum, camposq. per omneis
Liberius tendent, & vortice cuncta vorabunt.
Peruertent cursu sata læta, boumq; labores,
Præcipiteisq. trahent syluas, cum mœnibus vrbes
Euertent, turreisq; altas, & culmina sternent.
Post hæc dira lues terras populabit iniquas;
Inficiet vitio fonteis, & stagna, lacusq;
Corrupto ostendent vndas ex æquore cœlo.
Monstra maris, terræq; feræ, volucresq; peribunt,
Mortaleisq. graui perimet tumefacta veneno
Aura, nec optatam pariet Medicina salutem.
Et modò sol nimius, nimius modò comprimet imber.
Et calor, & frigus supremu viribus vsum
Mortaleis torrebit opes, cæcoq; tumultu
Et pluuiæ, & grando perdent ex tempore genteis.
Vnà Eurusq;, Notusq; ruent, creberq; procellis
Africus, atq; Aquilo, et laniabunt turbine mundũ.
Et lapides, & saxa pluent; fulmina cœlo
Crebra cadent, totusq; ardere videbitur æther.
Non aliàs cœlo ceciderunt plura sereno
Fulgura; non visi toties volitare Cometæ
Per sudum, diræq; faces, flammæq; coruscæ,
Stellarumuè globus numerosior æthere summo
Delabi in terras cœlesti mole relicta.
Pugnantumq; manus trepido concurrere motu,
Et strepere, & passim certare ardentibus armis
Audiet

Sap.c.5.& Io. in Apoc.c.16.

Audiet humanum genus, & clangore tubarum
Accensos equites in pila minantia pilis
Currere per totum mundus spectabit Olympum.
Hinc cadet irriguus superis è sedibus ignis,
Quo mare, quo tellus, quo cœli nobile textum
Corruet, & mundi moles operosa fatiscet.
Arescent fluuij, fontes humore carebunt:
Terra aget & rimas, succisq; arebit ademptis.
Vix quoque mortales fauceis in verba resoluent,
Nubila fumabunt nimio combusta calore:
Pabula canescent, & erit sine frondibus arbos,
Materiamq; dabit proprio seges arida damno.
O quoties sanctos Solymorum efferuere in agros
Undantem aspiciet ruptis fornacibus ignem,
Flammarumq; globos, liquefactaq; voluere saxa
Mundus, & horrescet tantarum turbine rerum.
Pro mare, pro terra, Solis pro lumine, & aura
Ignis erit, montesq; alti, vallesq; iacentes
Ignis erunt: fluuij pro vndis feruentia ducent
Flumina flammarũ, & fumum pro aspergine mittent.
Ardescet cœlum, et Zephyro transmittet ad Eurum,
Eq; Noto ad Boream feruentia flumina tanti
Ardoris, totusq; ardere videbitur axis.
Cumq; suis totus populis incendia genteis
In cinerem vertent, totusq; vorabitur orbis.
Et tum mortales cunctis è partibus orbem
Accensum aspicient, poterunt nec ferre vaporem,

Psal.96. Dan. c.7. Hipp. in orat. de consum. sęculi, Petrus ep. 2. c. 3. D. Aug. de Ciui. Dei lib. 18. c. 23. Lac. Firm. de diui. pręm. lib. 1. c. 16. & Ioseph. Acost. de tēp. nouiss. lib. 4. c. 8. 9. 10. 11. 12.

Fer-

Ferventeisq; auras, velut è fornace profunda.
Ore trahent, artusq; suos candescere cernent.
Et neque iam cineres, eiectatamq; fauillam
Saxaq; superaq; ferent, calido sed & vndiq; fumo
Voluentur, mersiq; atra caligine viuent.
Postquàm mortales tantarum incendia rerum
Perpessi, aruerint meritæ formidine pœnæ,
Protinus (eccè oculis magnum, & mirabile signum)
Supremo cæli tractu super ignibus Indis,
Lucifer vnde oritur, totumq; illustrat Olympum,
Ingens, excelsum, horrendum, & mirabile stabit
Vexillum, aduentus signum haud dubitabile nostri.
Crux erit ingenti ex Cedro, lignisq; vetustis
Infanda fabricata manu, nostroq; cruore
Turgida, & immani Solymorum nobilis ira.
Splendescet claris radijs, seu solis imago,
Lustrabitq; suis totum splendoribus orbem;
Terrarum quascumque vident Occasus, & Ortus,
Extremi inuadent luctus; plorabit & omnis
Turba hominum, et vastis plangoribus aera rumpet.
Aligerum princeps iuuenum, post visa sub altis
Signa polis, aderit, summoq; ex æthere raptim
Exiet; inde æris reflexi cornua sumet,
Apponetq; ori, & renocato ad pectora flatu,
Ingentem prodet sonitum; subitoq; boatu
Terra tremet, pontusq; imis commotus ab vndis
Nutabit, manesq; & Tartara nigra pauescent,

Matt. cap. 24. Hipp. in orat. de consum. sæculi. Hyeron. in Matt. Tostatus in Mat. c. 24. q. 99. & Ioseph. Acost. de Temp. nouiss. lib. 4. c. 16

Sophon. cap. 1. Matt. cap. 22. Io. in Apoca. c. 10. D. Paull. 1. Thess. 4. & 1. Cor. 15. & Ioseph. Acost. de Temp. nouiss. lib. 4. c. 17

Et

Et tremefacta gement, subito concussa metallo.
Aliger hinc iuuenis sub talibus ora resoluet;
Surgite mortales, celeriq; venite volatu
Iudicij ad positas supremo à Iudice metas.
Audiet Auroræ longè regio; omnis Iberus
Audiet & Scythiæ gentes, & peruius Auster
Excipient vocem, & tremefacto corde pauebunt.
Antipodæ horrescent, quiq; inferiora tuentur
Regna viri gentesq; omnes, quibus altera lucent
Sydera, tam subitis clamoribus ocia soluent
Sollicitæ matres retrahent ad pectora natos;
Diffugientq; feræ, sese q; intra ima receptæ
Antra gement, superasq; adigent stridoribus auras.
Indè ministerio iuuenum, quos summa fatigat
Cura Patris, semperq; illius nutibus astant,
Cunctorum sparsi cineres monumenta per alta,
Perq; omnes terræ tractus, siuè igne perusti,
Seu maris exhausti latè turgentibus vndis,
Ossa petent, vetereisq; artus, & corpora sument;
Antiquas capient animas, rediuiuaq; surgent
Corpora, & in vitam renouatus quisq; manebit.
Illi autem, viuos quos tunc inuenerit orbis
Summa dies, raptim mutati membra, subibunt
Perpetuos, stabileisq; annos, vitamq; perennem.
En ego tum Iudex supero delapsus Olympo
Hic adero, magna Patrum comitante caterua,
Maiestate sedens, sceptroq; innixus, & albo,

Iosep. Acost. ex sanctis Patribus vbi supra c. 18. 19. 20. 21. 22.

Cui

Cui rigor, & grauitas inerit, terrorq; supremus,
Et tremor, & nulla superabilis arte potestas.
Iustitia antè oculos, gladioq; armata corusco
Stabit, & horrendo spectabit tristia vultu
Corda hominum, miseramq; opplebit turbine gentem.
Syderei circum iuuenes ad iussa parati
Stabunt, & magnas ostendent vultibus iras;
Armaq; gestabunt, quibus atri rector Auerni
Iam cadet, & manibus frendet post terga reuinctis.
Iustorum tum magna manus sublata per auras
Obuia procedet nobis, & læta videbit
Iudicis ora sui, maiestatemq; tremendam
Humano aspectu terris remeare vetustis.
Extemplò accedet cunctorum turba virorum
Antè meos vultus finem passura laborum.
Heroas inter primos ignobile vulgus
Mixtum erit, & proceres passim inferiora videbunt
Agmina multorum sceptris præstare superbis.
Cura tamen iuuenum nostrorum auertet ab æquis
Infandos homines; statuetq; in parte sinistra
Cultores scelerum. sed qui pia facta dederunt
Haud dubijs animis, dextræ fœlicis habebunt
Et latus, & sedem, vt nobiscum crimina damnent.
Tum scelera, & fraudes, sanctæq; obliuia mentis,
Et vis, & rabies, & opum furiosa cupido,
Et vesanus amor, sæuæq; libidinis ardor
Constabunt, quantumq; iuuent, tum quisque videbit.

Pau-

Pauperies contempta aderit, diraeq́ patebunt
Insidiae, caeciq́ doli, fictusq́ per artem
Relligionis honos, externaq́ numine falso
Prodentur sacra, & plenae impietatibus arae;
Cunctaq́ cunctorum cunctis secreta patebunt.
Hic quoque deletae iustorum munere nostro
Cernentur labes, & crimina sanguine puro
Sparsa relucebunt, nostrum testantia factum.
Apposita astabunt immensa volumina rerum
Testibus haud dubijs certis signata figuris,
Et patefacta mihi cunctorum arcana probabunt.
Interea ad proceres, dextra qui in parte manebunt,
Conuersus, taleis effundam pectore voceis;
O mihi dilecti Heroes, quos pectore toto
Omnipotens Genitor complexus semper amauit,
Ad me ferte gradum, & caeleste capessite regnum,
Ante mare, & terras vobis sine fine paratum,
Nam me dira fames, & amor vexabat edendi;
Vos alimenta mihi, victumq́, cibumq́ dedistis.
Et mihi adurebat cupidas sitis arida fauceis;
Vos quoque grata mihi portastis munera potus.
Hospes eram, sed vos intra hospita tecta vocastis:
Non mihi vestis erat, sed corpora nuda gerebam,
Me quoque confestim proprio texistis amictu.
AEger erã, morbusq́ grauis mihi mẽbra premebat,
Vos me sollicito properastis visere passu.
Me quoque vincla olim sub amaro carceris antro

Matt. cap. 25. & Ioseph. Acost. de temp. Nouiss. lib. 4. c. 25.

Perq́

Perq́; dies, nocteisq́; omneis sinè fine tenebant.
Vos quoque me verbis placidis, vultuq; benigno
Solari haud estis veriti, gratumq; dedistis
Consilium, & sauas docuistis pellere curas.
Ius quoque, fasq; pium, & legum praecepta mearum
Pectore sollicito semper seruastis ad vnguem.
Illi sed contra; Quando porreximus vnquam
Munera tanta tibi? aut quando te excepimus intra
Tecta olim? aut tantis opibus te iuuimus aegrum?
Ast ego tum placidus tale sermone profabor
Vera loquor: quaecumque meis de fratribus vni
His minimis, quondam quos dura premebat egestas,
Ex animo, & nostro moti fecistis amore,
Haec mihi fecistis; nam illi pro nomine nostro
Traduxere inopem vili sub imagine vitam.
Hinc animum adijciens ad eos, qui in parte sinistra
Suspensi expectant, quae sit sententia magni
Iudicis, & vultus horrentia signa verentur,
Talibus ipse modis ora indignantia soluam:
Execrata manus, vitijs satiata nefandis,
Vade procul, cunctiq; procul discedite raptim,
Inq; imas Herebi tenebras, noctemq; malignam,
AEternumq; ignem, Satanae, Satanaeq; ministris
Exstructum, vt meritas raptim contendite in aedeis.
Nam mihi non victum, pauci nec munera potus,
Hospitiumuè vllum, tenuemuè dedistis amictum;
Non me detentum morbis, non carcere clausum
Visere

Visere cura fuit; sed spretum semper, & altum
Mille modis quondam totum sparsistis in orbem.
Illi autem contra; Quando te rebus egentem
Talibus hisce oculis conspeximus, ulla nec ipsi
Munera contulimus, tibi nec pro viribus æquas
Divitias dedimus, miseræ solatia vitæ.
Ast ego concutiens caput, & trepida ora retorquens,
Et sceptrum manibus quassans, hæc ocyus addam;
Pauperibus quæcumque meis conferre negastis,
Illa etiam conferre mihi renuistis; in illis
Ipse ego mortali hærebam sub imagine terris.
Concussa extemplo tellus pandetur, & altum
Scissa dabit gemitũ & patefactũ ostẽdet Auernum.
Tum Satanas, sociiq; omnes, comitumq; phalanges
Intrepidæ exsurgent, squallentia numina tabo;
Inde adigent rastris homines, furcaq; bicorni
Intra ingens Orci compellent ire baratrum;
Concurretq; ignis totus, rapietq; nefandos
Auctores scelerum, atq; intra horrida viscera condet.
Ibunt obscuri sub Tartara nigra, Deumq;,
Heroasq; pios, cælumq;, & regna beata
Mille modis, linguisq; atris, odiisq; vouebunt;
Execrabuntur mensesq;, annosq;, diesq;
Natalis, legesq; sacras, sanctosq; prophetas,
Atque sacerdotes detestabuntur, & aras.
Inq; suos artus cupient descendere monteis,
Accepti tenebris, & Auerni immanibus antris.

Illic perpetuum, & cariturum finibus æuum
Traducent; molemq́, & monteis insuper altos
Imponam, lachrymasq́ dabo, tenebrasq́ perenneis.
Et duraturas æterna in sæcula pœnas.
Tum lecti Heroes sancta dulcedine pleni
Vocibus his purum cantantes aëra rumpent;

Cruciselogiũ. *O Sancta vexilla Crucis, ô amabile lignum;*
O et præsidium, & venerabile pignus amoris,
Quanta tibi, clauisq́ tuis debemus, & oræ,
Vnde olim sumptum venisti in munera vitæ
Omnibus, & nobis te noscere posse dedisti.
Tu nobis optata salus, tu numen, honosq́,
Tu pax, tu requies, tu æternæ gloria vitæ.
O fœlix arbor, radijs decorata coruscis;
Arbor purpureo regis decorata cruore;
Antè orbem extructum primis electa sub annis
Tangere supremæ sanctissima membra salutis.
Ter fœlix, iterumq́ alto pro munere fœlix,
Brachia quòd Soter supra te extendit in auras;
Et tu tam gratum seruasti in stipite pondus,

D. Paull., ad Eph. c. 3. D. Aug. in psalm. 103. & alibi. Io Damascē. de fid. Ortod. t.4.c 12. Sedulius Carm. Pasc.l.3. Io. Steph. Durāt. de

Quatuor vnde plagas quadrati colligit orbis;
Splendidus auctoris de vertice fulget eous,
Occiduo sacræ labuntur sydere plantæ,
Arcton dextra tenet, medium læua erigit axem.
Tu prædam ingentem æcis è faucibus Orci
Abstractam victrix reuocasti ad sydera cœli.
Tu centum vinclis olim, centumq́ catenis

Luci-

Luciferum, cœlo extorrem, penitusq; rebellem
Vinxisti, & valuas æterno vecte coactas
Clausisti, vt meritas lueret pro crimine pœnas.
Tu signis, scutisq; virum, tuq; addita cristis,
Tu sceptris, mitrisq; sacris, tu frontibus altis
Magnorum Heroum, tu dextris prensa, Tyrannos
Fudisti, & cœlum reserasti mentibus æquis,
Perq; omneis casus, per tot discrimina rerum
Nos quoq; victoreis dignata es reddere Christo.
Tu tandem hanc nobis vitam, tu nobile regnum
Nobis mansurum per sæcula cuncta dedisti.
Sint ergo laudes tibi, sint & carmina mille,
Sit cultus, pietasq; frequens, sit gloria; sintq;
Et decor, & virtus, & amor; sint semper honores
Perpetui, & tantum regnet super omnia signum.
His studijs cœlum repetemus, & ordine ducam
Optatum æternis curis ad summa triumphum
Regna poli, vacuosq; gradus in sedibus altis
Magnanimum Heroum numerosis cœtibus addam.
Promissas capient sedes, regnumq; beatum
Læti omnes, mecumq; Pater cum Flamine sancto
Complexi electos proceres cumulabimus omni
Lætitia, & nostri vultus fœlicibus auris
Posse frui dabimus: nobiscum æterna capessent
Gaudia, & æternum mansura in sæcula regnum.
Hæc vbi postremæ monstrauit munia vitæ
Heros Omnipotens, socijs super omnibus inquit;

11. lib. Eccles. l. 1 c. 6. & l. 2. c. 45. & Iustus ipsius de Cruce l. 1. c. 10. & alii relati per eos. Io. Steph. Durantus de Ritibus Ecclef. l. 1. c. 6. n. 4. & seq. & Iustus lipsi. de Cruce l. 3. c. 15. 16.

Matt. cap. 25. Io. c. 5. & Daniel. c. 12. vbi multa Bened. Pererius.

Matt. cap. 26. Marc. c. 14. & Card. Baron. Ann. Eccles. t. 1 an. Crist. 34

O Socij, memores estis, quòd lumina postquàm
Sol iterum terris conuexerit arduus ægris,
Magna dies aderit memorandi Paschatis Orbi;
Tum Deus, humana lustrans sub imagine terras,
Tradetur Solymis, præduro vi robore vitam
Transigat, & grauiter cruciatum terminet æuum.
Hæc effatus abit proprijs cum fratribus altum
Destituens montem, Bethanaq; tecta petebat.
Excipit hic illum tectis, mensisq; superbis
Tristitia, morboq; Simon detentus iniquo.
Protinus ecce venit Mulier, quam nuper Auerni
Destituere chori, Soteris voce coacti,
Inque Herebum, & cæcas raptim rediere tenebras.
Ut primùm tacitos ingressa est sedula muros,
In caput exemplò Soteris versat Amomi
Ingenteis phialas, & Nardi mollis aristas.
Hæc vbi viderunt Socij, indignantur, & vno
Ore omnes dicunt preciosi munera Nardi
Argento potuisse dari, miserisq; merendo
Pauperibus tribui, fieret nè iniuria vitæ.
Iesus ad hæc; Socij, quid vos hæc fœmina turbat?
Hæc opus est operata bonum, dum talia fecit.
Nam miseros homines semper spectata potestas
Complecti dabitur; sed me non semper habendum
Testor adhuc, nostriq; aberit complexus, & vsus.
Hæc etenim Nardi spicas, & mollis Amomi
In caput, & corpus nostrum dum effudit odores,

Corporis

Corporis ostendit nostri post fata sepulchrum.
Hoc scitote etiam, quòd postquàm exceperit orbis
Hoc facinus, nostrum Mulier signasse sepulchrum
Dicetur, factumq́; probabit nobile mundus.
Interea Satanas vigilantibus excitus armis
Obseruarat atrox Christi admiranda potentis
Facta, Deumq́; timens mortali veste grauatum
Venisse excidio Idolis, regniq́; futurum
Tartarei vltorem, & vincturum numen Auerni,
Atque redempturum vastis è faucibus Orci
Ingestas animas, & ad alta palatia cœli
Ducturum, & sanctas completurum agmine sedes;
Et rabie, & fremitu gliscit, cæcoq́; furore
Vritur, & totum terroribus implet Auernum.
Horrescunt visu subito trepida ora Chimeræ,
Eumenidesq́; pauent, pallescunt ore bimembres;
Exanguesq́; animæ, totus dum exæstuat Orcus,
Turbantur, vastisq́; replent stridoribus auras;
Et grauiora timent turbato ex tempore Dites:
Regnat vbiq́; pauor, & pallida mortis imago.
Dumq́; oculos voluit tenebrosa per atria, cernit
Sub Mammone suo secreta in parte Tyrannos
Torqueri, atque aurum medijs captare sub vndis.
Dux Mecherathites dictecto ad crimina vultu 1. Venditio.
Intentus pœnas agitat, nec respicit vllum
Mortalem, & figit leges precio, atque refigit.
Hunc Satanas oculis toruis prospectat, & inde

Non opus hîc longo est hortamine, Ductor auaræ
Gentis, ait; Iudam Galilæo ex sanguine, Iudam
Iscarium exquire, & stimulis compelle furoris,
Ut vendat proprij mortalia membra magistri.
Hic Mecherathites pedibus talaria sumens,
Se raptim in Solymos nocturno tempore confert;
Comperit & Iudam somnoq; ciboq; grauatum
Bethanes intra muros traducere noctem,
Quò se post cœnam tacitus sine teste recepit,
Aegreferens Nardi iacturam, & mollis Amomi;
Aggrediturq; virum; & tali sermone profatur;
Quanta tibi, socijsq; tuis nunc damna magister
Iste tuus facit? Et poteras ditescere dudum,
Si ingenteis Nardi phialas, & mollis Amomi
Munera, queis mulier crineis madefecit, & artus
Illius, optandum tibi concessisset in vsum.
Nam partim in miseros homines impendere, partim
Occulta ratione tibi retinere potestas
Tradita erat; tandem te hæc cura remordeat atrox.
Fas, & iura sinunt te auri, argentiq; ministrum
Ponere thesauri partem tibi, nè vltima egestas
Te premeret, Solymosq; inter turpissimus esses.
Te plus, quàm socios, hæc tanta iniuria tangit;
Iudicat haud etenim sibi te satis esse fidelem,
Unde omnes socij; tui, Solymiq; potentes,
Et consanguinei, & comites sinè nomine dicent
Te solum; atq; tuæ fugient commercia vitæ,

Contem-

Contemnensq; fidem, Iudæq; inamabile nomen:
Nomen & Iscarium semper sine honore manebit,
Inq; omneis populos scelerata hæc fama feretur.
Sæpius ille tibi damnum memorabile fecit,
Et maius fortasse etiam, vt tum facta ferebant.
Hæc etenim mulier preciosi munus odoris
Ter tulit, & plenis manibus ter fudit in illum.
Tu quoq; ter poteras tanto ditescere dono.
Eia, age; sume animum, & quandoq; exprome sagacē
Te nouisse virum, comitum cui nulla salutis
Cura sit, & caros penitus contemnat amicos.
Quot namq; ex Nardo potuisses sumere siclos,
Fac totidem vendas procliuem ad vestra magistrum
Damna tuum, totidemq; argenti pondera, & auri
Thesauri in massam referas, nè debita linquas
Munera, & excipias cariturum fine ruinam,
Hoc auidè optarent Solymi formidine pleni,
Et maiora etiam facerent, si perdere nomen
Hoc possent vnum, penitusq; auellere mundo.
Hoc aude, o Iuda; Solymos hoc munere tanto
Redde tuos, populoq; iugum sic pone perenne.
Nam dabitur, quodcumq; petes; pete maxima votis
Dona tuis, votis quoq; maxima dona dabuntur.
Hæc ait, & stimulos tribuit, rabiemq; prophanam
Argenti, atq; auri sub proditionis amore;
Vtq; agat, intra animum vigilanteis ingerit iras;
Et tandem ad miserum recipit se lætus Auernum.

Non opus hic longo est hortamine, Ductor auaræ
Gentis, ait; Iudam Galilæo ex sanguine, Iudam
Iscarium exquire, & stimulis compelle furoris,
Ut vendat proprij mortalia membra magistri.
Hic Mecherathites pedibus talaria sumens,
Se raptim in Solymos nocturno tempore confert;
Comperit & Iudam somnoq; ciboq; grauatum
Bethanes intra muros traducere noctem,
Quò se post cœnam tacitus sinè teste recepit,
Aegreferens Nardi iacturam, & mollis Amomi;
Aggrediturq; virum, & tali sermone profatur;
Quanta tibi, socijsq; tuis nunc damna magister
Iste tuus facit? Et poteras ditescere dudum,
Singenteis Nardi phialas, & mollis Amomi
Munera, queis mulier crineis madefecit, & artus
Illius, optandum tibi concessisset in vsum.
Nam partim in miseros homines impendere, partim
Occulta ratione tibi retinere potestas
Tradita erat; tandem te hæc cura remordeat atrox.
Fas, & iura sinunt te auri, argentiq; ministrum
Ponere thesauri partem tibi, nè vltima egestas
Te premeret, Solymosq; inter turpissimus esses.
Te plus, quàm socios, hæc tanta iniuria tangit;
Iudicat haud etenim sibi te satis esse fidelem,
Unde omnes socijq; tui, Solymiq; potentes,
Et consanguinei, & comites sinè nomine dicent
Te solum; atq; tuæ fugient commercia vitæ,
Contem-

Contemnentq; fidem, Iudæq; inamabile nomen:
Nomen & Iscarium semper sine honore manebit,
Inq; omneis populos scelerata hæc fama feretur.
Sæpius ille tibi damnum memorabile fecit,
Et maius fortasse etiam, vt tum facta ferebant.
Hæc etenim mulier preciosi munus odoris
Ter tulit, & plenis manibus ter fudit in illum.
Tu quoq; ter poteras tanto ditescere dono.
Eia, age; sume animum, & quandoq; exprome sagacē
Te nouisse virum, comitum cui nulla salutis
Cura sit, & caros penitus contemnat amicos.
Quot namq; ex Nardo potuisses sumere siclos,
Fac totidem vendas procliuem ad vestra magistrum
Damna tuum, totidemq; argenti pondera, & auri
Thesauri in massam referas, nè debita linquas
Munera, & excipias cariturum fine ruinam,
Hoc auidè optarent Solymi formidine pleni,
Et maiora etiam facerent, si perdere nomen
Hoc possent vnum, penitusq; auellere mundo.
Hoc aude, ò Iuda; Solymos hoc munere tanto
Redde tuos, populoq; iugum sic pone perenne.
Nam dabitur, quodcumq; petes; pete maxima votis
Dona tuis, votis quoq; maxima dona dabuntur.
Hæc ait, & stimulos tribuit, rabiemq; prophanam
Argenti, atq; auri sub proditionis amore;
Vtq; agat, intra animum vigilanteis ingerit iras;
Et tandem ad miserum recipit se lætus Auernum.

Non opus hic longo est hortamine, Ductor auaræ
Gentis, ait; Iudam Galilæo ex sanguine, Iudam
Iscarium exquire, & stimulis compelle furoris,
Ut vendat proprij mortalia membra magistri.
Hic Mecherathites pedibus talaria sumens,
Se raptim in Solymos nocturno tempore confert;
Comperit & Iudam somnoq; ciboq; grauatum
Bethanes intra muros traducere noctem,
Quò se post cœnam tacitus sinè teste recepit,
Aegreferens Nardi tacturam, & mollis Amomi;
Aggrediturq; virum; & tali sermone profatur;
Quanta tibi, socijsq; tuis nunc damna magister
Iste tuus facit? Et poteras ditescere dudum,
Singenteis Nardi phialas, & mollis Amomi
Munera, queis mulier crineis madefecit, & artus
Illius, optandum tibi concessisset in vsum.
Nam partim in miseros homines impendere, partim
Occulta ratione tibi retinere potestas
Tradita erat; tandem te hæc cura remordeat atrox.
Fas, & iura sinunt te auri, argentiq; ministrum
Ponere thesauri partem tibi, nè vltima egestas
Te premeret, Solymosq; inter turpissimus esses.
Te plus, quàm socios, hæc tanta iniuria tangit;
Iudicat haud etenim sibi te satis esse fidelem,
Unde omnes socijq; tui, Solymiq; potentes,
Et consanguinei, & comites sinè nomine dicent
Te solum; atq; tuæ fugient commercia vitæ,
Contem-

Contemnentq́ fidem, Iudæq; inamabile nomen:
Nomen & Iscarium semper sine honore manebit,
Inq omneis populos scelerata hæc fama feretur.
Sæpiùs ille tibi damnum memorabile fecit,
Et maius fortasse etiam, vt tum facta ferebant.
Hæc etenim mulier pretiosi munus odoris
Ter tulit, & plenis manibus ter fudit in illum.
Tu quoq ter poteras tanto ditescere dono.
Eia, age; sume animum, & quandoq; exprome sagacē
Te nouisse virum, comitum cui nulla salutis
Cura sit, & caros penitus contemnat amicos.
Quot namq; ex Nardo potuisses sumere siclos,
Fac totidem vendas proclinem ad vestra magistrum
Damna tuum, totidemq́; argenti pondera, & auri
Thesauri in massam referas, nè debita linquas
Munera, & excipias cariturum fine ruinam;
Hoc auidè optarent Solymi formidine pleni,
Et maiora etiam facerent, si perdere nomen
Hoc possent vnum, penitusq; auellere mundo.
Hoc aude, o Iuda; Solymos hoc munere tanto
Redde tuos, populoq iugum sic pone perenne.
Nam dabitur, quodcumq petes; pete maxima votis
Dona tuis, votis quoq; maxima dona dabuntur.
Hæc ait, & stimulos tribuit, rabiemq́ prophanam
Argenti, atq; auri sub proditionis amore;
Utq agat, intra animum vigilantem ingerit iras;
Et tandem ad miserum recipit se lætus Auernum.

Non opus hic longo est hortamine, Ductor auaræ
Gentis, ait; Iudam Galilæo ex sanguine, Iudam
Iscarium exquire, & stimulis compelle furoris,
Ut vendat proprij mortalia membra magistri.
Hic Mecherathites pedibus talaria sumens,
Se raptim in Solymos nocturno tempore confert;
Comperit & Iudam somnoq; ciboq; grauatum
Bethanes intra muros traducere noctem,
Quò se post cœnam tacitus sine teste recepit,
Aegreferens Nardi iacturam, & mollis Amomi;
Aggrediturq; virum, & tali sermone profatur;
Quanta tibi, socijsq; tuis nunc damna magister
Iste tuus facit? Et poteras ditescere dudum,
Singenteis Nardi phialas, & mollisq; Amomi
Munera, queis mulier crineis madefecit, & artus
Illius, optandum tibi concessisset in vsum.
Nam partim in miseros homines impendere, partim
Occulta ratione tibi retinere potestas
Tradita erat; tandem te hæc cura remordeat atrox.
Fas, & iura sinunt te auri, argentiq; ministrum
Ponere thesauri partem tibi, nè vltima egestas
Te premeret, Solymosq; inter turpissimus esses.
Te plus, quàm socios, hæc tanta iniuria tangit;
Iudicat haud etenim sibi te satis esse fidelem,
Unde omnes socijq; tui, Solymiq; potentes,
Et consanguinei, & comites sine nomine dicent
Te solum; atq; tuæ fugient commercia vitæ,
Contem-

Contemnentq; fidem, Iudæq; inamabile nomen:
Nomen & Iscarium semper sine honore manebit,
Inq; omneis populos scelerata hæc fama feretur.
Sæpius ille tibi damnum memorabile fecit,
Et maius fortasse etiam, vt tum facta ferebant.
Hæc etenim mulier preciosi munus odoris
Ter tulit, & plenis manibus ter fudit in illum.
Tu quoq; ter poteras tanto ditescere dono.
Eia,age, sume animum, & quandoq; exprome sagacē
Te nouisse virum, comitum cui nulla salutis
Cura sit, & caros penitus contemnat amicos.
Quot namq; ex Nardo potuisses sumere siclos,
Fac totidem vendas procliuem ad vestra magistrum
Damna tuum, totidemq; argenti pondera, & auri
Thesauri in massam referas, nè debita linquas
Munera, & excipias cariturum fine ruinam;
Hoc auidè optarent Solymi formidine pleni,
Et maiora etiam facerent, si perdere nomen
Hoc possent vnum, penitusq; auellere mundo.
Hoc aude, o Iuda; Solymos hoc munere tanto
Redde tuos, populoq; iugum sic pone perenne.
Nam dabitur, quodcumq; petes; pete maxima votis
Dona tuis, votis quoq; maxima dona dabuntur.
Hæc ait, & stimulos tribuit, rabiemq; prophanam
Argenti, atq; auri sub proditionis amore;
Vtq; agat, intra animum vigilanteis ingerit iras;
Et tandem ad miserum recipit se lætus Auernum.

Contemnensq; fidem, Iudaeq; inamabile nomen:
Nomen & Iscarium semper sine honore manebit,
Inq; omneis populos scelerata haec fama feretur.
Saepius ille tibi damnum memorabile fecit,
Et maius fortasse etiam, vt tum facta ferebant.
Haec etenim mulier preciosi munus odoris
Ter tulit, & plenis manibus ter fudit in illum.
Tu quoq; ter poteras tanto ditescere dono.
Eia, age; sume animum, & quandoq; exprome sagacē
Te nouisse virum, comitum cui nulla salutis
Cura sit, & caros penitus contemnat amicos.
Quot namq; ex Nardo potuisses sumere siclos,
Fac totidem vendas procliuem ad vestra magistrum
Damna tuum, totidemq; argenti pondera, & auri
Thesauri in massam referas, nè debita linquas
Munera, & excipias cariturum fine ruinam,
Hoc auidè optarent Solymi formidine pleni,
Et maiora etiam facerent, si perdere nomen
Hoc possent vnum, penitusq; auellere mundo.
Hoc aude, ô Iuda; Solymos hoc munere tanto
Redde tuos, populoq; iugum sic pone perenne.
Nam dabitur, quodcumq; petes; pete maxima votis
Dona tuis, votis quoq; maxima dona dabuntur.
Haec ait, & stimulos tribuit, rabiemq; prophanam
Argenti, atq; auri sub proditionis amore;
Vtq; agat, intra animum vigilanteis ingerit iras;
Et tandem ad miserum recipit se laetus Auernum.

Proditor extemplò, scelerumq; repertor Iudas
Expellit membris somnum, socijsq; relictis
Cum Domino (furtim nam se subtraxit ab illis)
Tendere iter Solymam laetus festinat ad vrbem.
Illo fortè die Scribae, populiq; magistri
Ad Caipham venere omnes, penitusq; fremebant
Incerti in tantis agerent quid motibus vrbis.
Omnibus vna tamen placuit sententia, vt omnes
Extruerēt fraudes: queis Christum perdere possent.
Cum subitò ecce animis, furijsq; agitatus Iudas
Improuisus adest. Cuncti mirantur, & illum
Spirantem virus & ad omnia saeua paratum
Excipiunt laeti, fariq; hortantur, & orant,
Quid veniat, quae caussa viae, quid solus in vrbe
Erruat; an laeti quicquam, aut damnabile portet.
Ille autem horribiles oculos, & flammea circum
Lumina contorquens, animis in vtrumq; paratus
Seu versare dolos, seu certae occumbere morti,
Talibus ora modis scelerato ex pectore soluit:
Si infractus vobis animus, si certa voluntas
Vos tenet, ô Proceres, surgentem extinguere flammā,
Et populi errorem penitus remouere tremendum,
Quae vos segnities dubitando sera moratur?
Non gladijs, telisuè potest, ferroue cruento
Res peragi, numeroq; hominū, aut fulgentibus armis.
Sed fraudes, artesq; nouae, fictusq; valebit,
Et simulatus amor mentitum prodere regem.

En

En ego nunc adsum: Mihi quid promittitis æris,
Si seductorem hunc populi, legumq; nouarum
Auctorem vobis merito pro crimine tradam?
Extemplò Patres tristeis de pectore curas
Intrepidi expellunt, verbisq; hortantur & illi
Multa paciscuntur pro tali exsoluere facto.
Sed ter dena tamen votis concordibus omnes
Argenti pondo promittunt. Ille repentè
Concilio fidens animi, certusq; futuræ
Proditionis abit lætus, socioq; reuisit.
Festa dies, veterum dei relligione parentum,
Fortè aderat, sanctoq; instabant munia templo.
Hic etiam Omnipotens Soter laturus honores
Et templo atque aris, fieri dum talia cernit,
Talibus affatur socios, hæcq; imperat illis;
Tempus adest, Socij, sancto quo munia templo
Reddamus, vetereisq; Dea recolamus honores.
Petrus erat Solymos intra, secumq; Ioannes
Commendat; gradibusq; citis intrabitis vrbem.
Continuò occurret vobis puer obuius vltrò
Vrnam humero, lymphasq; ferens de fonte receteis.
Quò tendat gressus, aut quò sese ille recepteт,
Obseruate, locumq; oculis capite vsque sequendo.
Dehinc ingressi Domino nostrum edite nomen,
Exiguamq; sacris sedem, hospitiumq; rogate.
Ille autem tectum pictis insigne tapetis
Protinus ostendet sacra ad solemnia priscis

Matt. cap. 26. Marc. cap. 14. Luc. cap. 22. & Card. Baron. Ann. Eccles. to. 1. ann. Christi 34. car. 14. & seqq.

Matt. Marc. & Luc. vbi supra & Card. Bar. vbi supra c. 20 vsque ad 53.

Erectum

Erectum proavis; structas ibi ponite mensas.
Ipse adero, atque eadem socios ad limina ducam.
Dixerat haec Soter. Petro cum fratre Ioannes
Urbem adeunt, retinentque animis mandata magistri.
Dumque hominum cauti seruant per compita gressus;
Praeterit, ecce, puer, gelidoque è fonte recentem
Gestat aquam: obseruant taciti, & sectantur euntem.
Est domus intra vrbem muri à regione prioris,
Moenibus affinis, fluuium quae nomine Cedron
Inspiciunt, Pario constructum ex marmore tectum.
Nunc versa in templum summa pietate coruscat.
Hanc clari quondam vates, regesque potentes,
Et genus Isacidûm primis possedit ab annis.
Sed, nunc Syriacae genti qui sacra ministrat,
Pastor habet, manibusque sacris operatur ad aras,
Isacidum de gente Heros speciosa tenebat
Tecta Simon, Mariae coniunctus foedere lecti.
Hoc quoque Ioannes Marcus de sanguine cretus
Aeternos Christo se coniunxit in annos.
Has adeis intrat puer; has & protinus intrant
Legati Heroes, Dominoque haec verba loquuntur;
Rex datus est nobis, quo nunquam iustior alter
Nec pietate fuit, nec origine maior, & ortu:
Hunc Solymi Christum signato nomine dicunt.
Is tua nos vltrò supplex ad limina mittit:
Exiguam sacris sedem, mensisque rogamus.
Non meus officio secum certasse priorem

Acta Apost. c. 12. & Christian. Adrichom. in descript. vrb. Hier. num. 27

Te modò pœniteat; rex namq; est magnus Olympi,
Et cœli, mundiq; plagas virtutibus implet,
Datq; illis, adimitq; æquum per membra vigorem.
Ille autem extemplo, cui mens non læua manebat,
Audito Herois diuini nomine gaudet;
(Nouerat illum etenim, & cælo aduenisse putabat)
Tectum ingens, thalamosq; omneis, & tota recludit
Atria, cumq; suis aperit lata ostia valuis.
Continuò patuere aditus centum, ostia centum,
Et totidem thalami raptim in penetralibus altis
Fœlici ingressu se se ostendere per adeis.
Tectum affuratum, ingens, mira testudine fultum
Hic illic; alia ex auro laqueata ferebant
Diuitias, crassumq; trabeis absconderat aurum;
Aulæis Arabum paries, Ostroq; rubebat.
Purpureusq; lapis; totaq; effusus in aula
Calcabatur Onyx: Hebenus Mareotica posteis
Sustinet auratos, niueumq; ebur atria vestit.
Hinc auro, argentoq; nitet preciosa supellex;
Assyrio sed fulchra micant pulcherrima succo
Gemmatis suffulta toris; pars maxima lentum
Cocta diu virus non vno duxit aheno,
Pars auro flammata nitet, pars ignea cocco.
Hos intra thalamos intra penetralia ducit
Magnanimus Dominus Soteris nomine missos
Legatos, placidoq; illis hæc protulit ore;
Iam pridem cognoui hominem, semperq; putaui

Esse

Esse Deum Solymis mortali veste granatum.
Illius & virtus nota est mihi, nota potestas;
Tantorum quoque fama operum vulgata per orbem:
Sed facies ignota mihi; nam cernere coram
Fas fuit haud vnquam, aut illum exaudire loquentẽ.
Ille quidem adueniat, tectisq; assuescat amicis
Viuere, & hospitij dignetur nomine tectum.
Atque vtinam libeat longum his in sedibus olli
Degere, & hic placidam membris captare quietem,
Vt iuuet interdum nostros memorare nepotes
Has adeo subijsse Deum, & celebrasse supremos
Mensarum pacisq; dies, & Paschatis horas,
Et fecisse suo fœlicem numine sedem.
Expectate viri, donec qui exacta reportent
Omnia, dimittam, meaq; illum ad limina ducant.
Hinc hilares totis adolere penatibus ignes,
Et pingui suffire Arabum iubet atria sylua.
Inde parat, quaecumque sciat, quaecumque rependat
In tanto facienda die, ad solemnia tanto
Festa etiam tribuenda viro, vt de more litetur.
Iam Tartessiacas sese referebat ad oras
Aethereus currus, litusq; petebat Iberum,
Cum venit, ecce, Deus gradiens, mortalis vt vnus,
Bissenis socijs comitatus, & intrat amicum
Hospitium, sanctiq; viri succedit in aedis.
Hic domus interior regali instructa paratu
Tota fuit, mediasq; dapes, & cœna per aedis.

Arte

Arte laboratæ vestes, Ostroq; superbo:
Ingens argentum mensis, gemmataq; in auro
Pocula, Niliacæ partim monumenta salutis,
Hunc partim ad ritum fabricata prioribus annis
Dependent circum lychni, noctemq; malignam
Expellunt flammæ, & tenebras funalia vincunt.
Hic se composuit sponda, mediumq; locauit
Christus, & heroes circumq; infraq; sedebant
Vnà omnes, sancti mirantes ora magistri.
Vescitur hic Soter, simul & Galilæa iuuentus;
Et tostus fætus carnes epulantur, & artus
Incincti, atque pedes, baculum de more tenebant; Exod. c. 12.
Confestimq; vorant artus, & viscera mandunt.
Postquam prima quies epulis, fætusq; voratus,
Heros omnipotens mensa consurgit, auitis
Vt finem imponat sacris, & temperet aras.
Instituatq; nouam sacrorum in sæcula legem.
Ocyús hinc ponit tunicam, & mantilibus albis
Succinctus, lymphis labrum spumantibus implet.
Inde Petro primùm renuenti, atque ægreferenti,
Sed mox auditis monitis ad cuncta parato,
Dat pedibus lymphas, socijsq; vnà omnibus idem
Accurans manibus proprijs tam vile ministrat
Officium; molliq; omneis exsiccat amictu;
Et monet, vt cuncti seruent imitabile factum.
Interea famuli, Dominus quos iusserat antè
Ad nutum renouare dapes, & ponere mensas,

Impor-

O Pater Omnipotens toto nunc pectore solus
Ipse tibi innumeras tanto pro munere grateis.
Atq; ait; Hoc nostrũ est corpus, quod traditur hosti
Pro vobis nostro, capite, & iam mandite lati.
Inde mero pateram, & lymphis spumantibus implet,
Atque ait; Omnipotens Genitor conuerte potenteis
Huc oculos, natiq; ex corpore sume cruorem.
Hinc pateram inspiciens flammato hac pectore fatur;
Hic meus est sanguis, proprio hoc de corpore ductus,
Atque animi, mentisq; meæ suprema voluntas,
Qui iam iam populos passim spargetur in omneis
Pro vobis, veteris noxæ vt contagia tollat:
Sumite, & hunc nostrum, Socij, potate cruorem.
Vos ideo, positas quoties accedere mensas
Contigerit, sacraq; dapis libamina iussa,
Funeris huius nostri mæstum referetis honorem;
Et nunquam tanti sordescet gloria facti.
Nec plura. Ex illo mox seruauere minores
Iussa meri, frugisq; sacræ præcepta per aras.
Antiqui docuere suos: hinc maxima porrò
Accepit Roma, & tantum seruauit honorem
Soterisq; tenet verum cum sanguine corpus,

Libri Noni Finis.

SOTERIDOS

Libri Decimi

ARGVMENTVM.

SOTERIS supra pectus requiemq́, cibumq́
Captabat toto requietus corde Ioannes
Aetherea in somnis raptus virtute, futuros
Pontifices cernit, Christi qui munera fortes
Per ferrum, & flammas, & mille potentia tela
Excelsa virtute ferent, interq; Tyrannos
Constituent solium. quod totus mundus adoret;
Clementemq́ videt tollentem ad Sydera Romam.

Important tostos panes, properataq; liba
Absq; vllo fermenti vsu cum agrestibus herbis
Expediunt, mensasq; onerant, & pocula ponunt.
Hic iterum, assumpta tunica, sanctissimus Heros
Cum socio accumbit cœtu, vt solemnia sacris
Festa epulis peragat, celebretq; ex ordine mensas.
Dum verò liquidis dapibus, mensisq; secundis
Unanimes vescuntur, ait sanctissimus Heros
Tristis adhuc, summoq; trahens suspiria corde;
Unus erit vestrum, nec me sententia fallit,
Perfidus insidijs prodet qui me hostibus vltrò.
Extemplo turbati omnes, penitusq; rogabant,
Quis tantum auderet factum, facinusq; nefandum?
Ille ait; in liquidis mensis qui liba resoluit,
Me petet insidijs; satius si ad munia vitæ
Haud vnquam accesset, nec adisset luminis auras.
Et rogat antè alios furijs agitatus Iudas
Eumenidum, vultuq; atro mentitur amorem.
Tu dixisti, ait; & verum es testatus; at omneis
Tolle moras, raptimq; inceptum perfice factum.
Sed cunctis mentem eripuit, nè talia passim
Nota forent, Iudamq; animis ad dira vocarent
Supplicia, & peterent scelerato ex sanguine pœnas.
Inde ait, O Socij, memores mea dicta tenete,
Et seruate pij nostrorum arcana laborum,
Hoc factum Satanas multis optauit ab annis,
Ut vos insanis stimulis præuertere omneis.

Sed

Sed vos est viri, vigilesque estote parumper,
Ne vos seducat furiarum infanda libido.
Hanc unam insomnem, quaeso, traducite noctem,
Nec sinite, in facinus nulla reuocabile poena
Pectora vestra ruant, nec iniquae cedite pesti.
Tum Petrus; Haud abijt cum sanguine viuida virtus
Pulsa annis, nec dextra mihi tam frigida languet.
Haec ait, & pariter vagina liberat ensem.
Sed Soter contra; Me omnes hac nocte supremo
Destituetis, ait: penitus, penitusque relinquar
Solus ego, nostroque fugam capietis ab ore.
Et tu, magnanimo cui nunc est copia fandi
Tanta sub his tectis, vt te super aethera iactes,
Cum tenebris nondum medijs cristata volucris
Sydera iam caelo labi monstrarit ad vndas,
Me, vinclis vinctum, penitus cognosse negabis,
Terque grauem repetes mendaci nomine culpam.
Ille, sub haec; Nunquam, o Soter, te nosse negabo,
Rettulit, infirmum Soter miseratus amorem:
Ipse autem assiduis precibus, votisque Parentem
Supplicibus pro te penitus, penitusque rogabo,
Ut syncera fides tibi eo seruetur in annos
Perpetuos, stabilisque in saecula viuat, & auum.
Sed tu conuersus fratreis solare cadenteis
Interdum, & sanctis retine sub legibus illos.
Tum tostam flammis frugem, & purissima liba
Assumit, palmisque tenens sic ore precatur,

O Pater

Importent tostos panes, properataq; liba
Absq; vllo fermenti vsu cum agrestibus herbis
Expediunt, mensasq; onerant, & pocula ponunt.
Hic iterum, assumpta tunica, sanctissimus Heros
Cum socio accumbit cœtu, vt solemnia sacris
Festa epulis peragat, celebretq; ex ordine mensas.
Dum verò liquidis dapibus, mensisq; secundis
Unanimes vescuntur, ait sanctissimus Heros
Tristis adhuc, summoq; trahens suspiria corde;
Unus erit vestrum, nec me sententia fallit,
Perfidus insidijs prodet qui me hostibus vltrò.
Extemplo turbati omnes, penitusq; rogabant,
Quis tantum auderet factum, facinusq; nefandum?
Ille ait; in liquidis mensis qui liba resoluit,
Me petet insidijs; satius si ad munia vitæ
Haud vnquam accesset, nec adisset luminis auras.
Et rogat antè alios furijs agitatus Iudas
Eumenidum, vultuq; atro mentitur amorem.
Tu dixisti, ait; & verum es testatus; at omneis
Tolle moras, raptimq; inceptum perfice factum.
Sed cunctis mentem eripuit, nè talia passim
Nota forent, Iudamq; animis ad dira vocarent
Supplicia, & peterent scelerato ex sanguine pœnas.
Inde ait, O Socij, memores mea dicta tenete,
Et seruate pij nostrorum arcana laborum,
Hoc factum Satanas multis optauit ab annis,
Ut vos insanis stimulis prauertere: omneis.

Sed

Sed vos est viri, vigilesq; estote parumper,
Nè vos seducat furiarum infanda libido.
Hanc vnam insomnem, quæso, traducite noctem,
Nec sinite, in facinus nulla reuocabile pœna
Pectora vestra ruant, nec iniquæ cedite pesti.
Tum Petrus; Haud abijt cum sanguine viuida virtus
Pulsa annis; nec dextra mihi iam frigida languet.
Hæc ait, & pariter vagina liberat ensem.
Sed Soter contra, Me omnes hac nocte supremo
Destituent, ait: penitus, penitusq; relinquar
Solus ego, nostroq; fugam capietis ab ore.
Et tu, magnanimo cui nunc est copia fandi
Tanta sub his tectis, vt te super æthera iactes,
Cum tenebris nondum medijs cristata volucris
Sydera iam cælo labi monstrarit ad vndas,
Me, vinclis vinctum, penitus cognosse negabis,
Terq; grauem repetes mendaci nomine culpam.
Ille, sub hæc; Nunquam, ò Soter, te nosse negabo,
Retulit, infirmum Soter miseratus amorem;
Ipse autem assiduis precibus, votisq; Parentem
Supplicibus pro te penitus, penitusq; rogabo,
Vt syncera fides tibi eo seruetur in annos
Perpetuos, stabilisq; in secula viuat, & æuum.
Sed tu conuersus fratreis solare cadenteis
Interdum, & sanctis retine sub legibus illos.
Tum tostam flammis frugem, & purissima liba
Assumit, palmaq; tenens sic ore precatur,

O Pater

Important tostos panes, properata'q; liba
Absq; vllo fermenti vsu cum agrestibus herbis
Expediunt, mensasq; onerant, & pocula ponunt.
Hic iterum, assumpta tunica, sanctissimus Heros
Cum socio accumbit cœtu, vt solemnia sacris
Festa epulis peragat, celebretq; ex ordine mensas.
Dum verò liquidis dapibus, mensisq; secundis
Unanimes vescuntur, ait sanctissimus Heros
Tristis adhuc, summoq; trahens suspiria corde;
Unus erit vestrum, nec me sententia fallit,
Perfidus insidijs prodet qui me hostibus vltrò.
Extemplo turbati omnes, penitusq; rogabant,
Quis tantum auderet factum, facinusq; nefandum?
Ille ait; in liquidis mensis qui liba resoluit,
Me petet insidijs; satius si ad munia vitæ
Haud vnquam accesset, nec adisset luminis auras.
Et rogat antè alios furijs agitatus Iudas
Eumenidum, vultuq; atro mentitur amorem.
Tu dixisti, ait; & verum es testatus; at omneis
Tolle moras, raptimq; inceptum perfice factum.
Sed cunctis mentem eripuit, nè talia passim
Nota forent, Iudamq; animis ad dira vocarent
Supplicia, & peterent scelerato ex sanguine pœnas.
Inde ait, O Socij, memores mea dicta tenete,
Et seruate pij nostrorum arcana laborum,
Hoc factum Satanas multis optauit ab annis,
Ut vos insanis stimulis prauertere: omneis.

Sed vos est viri, vigilesq; estote parumper,
Nè vos seducat furiarum infanda libido.
Hanc vnam insomnem, quæso, traducite noctem,
Nec sinite, in facinus nulla reuocabile pœna
Pectora vestra ruant, nec iniquæ cedite pesti.
Tum Petrus; Haud abijt cum sanguine viuida virtus
Pulsa annis; nec dextra mihi tam frigida languet.
Hæc ait, & pariter vagina liberat ensem.
Sed Soter contra; Me omnes hac nocte supremo
Destituet, ait, penitus, penitusq; relinquat
Solus ego, nostroq; fugam capietis ab ore.
Et tu, magnanimo cui nunc est copia fandi
Tanta sub his tectis, vt te super æthera iactes,
Cum tenebris nondum medijs cristata volucris
Sydera iam cœlo labi monstrarit ad vndas,
Me, vinclis vinctum, penitus cognosse negabis,
Terq; grauem repetes mendaci nomine culpam.
Ille, sub hæc; Nunquam, ò Soter, te nosse negabo,
Rettulit, infirmum Soter miseratus amorem;
Ipse autem assiduis precibus, votisq; Parentem
Supplicibus pro te penitus, penitusq; rogabo,
Vt syncera fides tibi conseruetur in annos
Perpetuos, stabilisq; in sæcula viuat, & æuum.
Sed tu conuersus fratreis solare cadenteis
Interdum, & sanctis retine sub legibus illos.
Tum tostam flammis frugem, & purissima liba
Assumit, palmisq; tenens sic ore precatur;

O Pater

Importantant tostos panes, properataq; liba
Absq; vllo fermenti vsu cum agrestibus herbis
Expediunt, mensasq; onerant, & pocula ponunt.
Hic iterum, assumpta tunica, sanctissimus Heros
Cum socio accumbit cœtu, vt solemnia sacris
Festa epulis peragat, celebretq; ex ordine mensas.
Dum verò liquidis dapibus, mensisq; secundis
Unanimes vescuntur, ait sanctissimus Heros
Tristis adhuc, summoq; trahens suspiria corde;
Unus erit vestrum, nec me sententia fallit,
Perfidus insidijs prodet qui me hostibus vltrò.
Extemplo turbati omnes, penitusq; rogabant,
Quis tantum auderet factum, facinusq; nefandum?
Ille ait; in liquidis mensis qui liba resoluit,
Me petet insidijs; satius si ad munia vitæ
Haud vnquam accesset, nec adisset luminis auras.
Et rogat antè alios furijs agitatus Iudas
Eumenidum, vultuq; atro mentitur amorem.
Tu dixisti, ait; & verum es testatus; at omneis
Tolle moras, raptimq; inceptum perfice factum.
Sed cunctis mentem eripuit, nè talia passim
Nota forent, Iudamq; animis ad dira vocarent
Supplicia, & peterent scelerato ex sanguine pœnas.
Inde ait, O Socij, memores mea dicta tenete,
Et seruate pij nostrorum arcana laborum,
Hoc factum Satanas multis optauit ab annis,
Ut vos insanis stimulis præuertere: omneis.

Sed

Sed vos est viri, vigilesq; estote parumper,
Nè vos seducat furiarum infanda libido.
Hanc vnam insomnem, quæso, traducite noctem,
Nec sinite; in facinus nulla reuocabile pœna
Pectora vestra ruant, nec iniquæ cedite pesti.
Tum Petrus; Haud abijt cum sanguine viuida virtus
Pulsa annis, nec dextra mihi tam frigida languet.
Hæc ait, & pariter vagina liberat ensem.
Sed Soter contra; Me omnes hac nocte suprema
Destituent, ait, penitus, penitusq; relinquar
Solus ego, nostroq; fugam capietis ab ore.
Et tu, magnanimo cui nunc est copia fandi
Tanta sub his tectis, vt te super æthera iactes,
Cum tenebris nondum medijs cristata volucris
Sydera iam cœlo labi monstrarit ad vndas,
Me, vinclis vinctum, penitus cognosse negabis,
Terq; grauem repetes mendaci nomine culpam.
Ille, sub hæc; Nunquam, ò Soter, te nosse negabo.
Retulit; infirmum Soter miseratus amorem;
Ipse autem assiduis precibus, votisq; Parentem
Supplicibus pro te penitus, penitusq; rogabo,
Vt syncera fides tibi eo seruetur in annos
Perpetuos, stabilisq; in sæcula viuat, & æuum.
Sed tu conuersus fratreis solare cadenteis
Interdum, & sanctis retine sub legibus illos.
Tum tostam flammis frugem, & purissima liba
Assumit, palmisq; tenens sic ore precatur,

O Pater

O Pater Omnipotens toto nunc pectore solue
Ipse tibi innumeras tanto pro munere grateis.
Atq; ait; Hoc nostrũ est corpus, quod traditur hosti
Pro vobis nostro, capite, & iam mandite lati.
Inde mero pateram, & lymphis spumantibus implet,
Atque ait; Omnipotens Genitor conuerte potenteis
Huc oculos, natiq; ex corpore sume cruorem.
Hinc pateram inspiciens flammato hac pectore fatur;
Hic meus est sanguis, proprio hoc de corpore ductus,
Atque animi, mentisq; meæ suprema voluntas,
Qui iam iam populos passim spargetur in omneis
Pro vobis, veteris noxæ vt contagia tollat:
Sumite, & hunc nostrum, Socij, potate cruorem.
Vos ideo, positas quoties accedere mensas
Contigerit, sacraq; dapis libamina iussa,
Funeris huius nostri mœstum referetis honorem;
Et nunquam tanti sordescet gloria facti.
Nec plura. Ex illo mox seruauere minores
Iussa meri, frugisq; sacræ præcepta per aras.
Antiqui docuere suos: hinc maxima porro
Accepit Roma, & tantum seruauit honorem
Soterisq; tenet verum cum sanguine corpus.

Libri Noni Finis.

SOTERIDOS

Libri Decimi

ARGVMENTVM.

SOTERIS supra pectus requiemq́, cibumq́
Captabat toto requietus corde Ioannes
Aetherea in somnis raptus virtute, futuros
Pontifices cernit, Christi qui munera fortes
Per ferrum, & flammas, & mille potentia tela
Excelsa virtute ferent, interq; Tyrannos
Constituent solium. quod totus mundus adoret;
Clementemq́ videt tollentem ad Sydera Romam.

V

SEBASTIANI MACCII DVRANTINI

SOTERIDOS

Liber Decimus.

Ioan. 13. Ambros. in Luc. 15. & Card. Bar. Ann. Eccles. t. 1. an. Christi 34. c. 37

SOTERIS supra pectus gratissimus inter
Delectos proceres captabat Sancta Ioannes
Ocia, dum Petrus iuxta, sociiq; sedebant.
Diuino iuuenis somno correptus ad deis
Fortunatorum heroum, sedesq; beatas
Visus adesse, Dei suprema arcana Parentis
Vidit, & aeterna quae extarent mente reposta:
Quaeq; homines studio nunquam, nec acumine mentis
Explorare queunt, nec amicus nouerat olim.
Acceptusq; Deo quisquam per carmina vates,
Ante oculos habuit, patefactis ordine caussis,
Excelsus iuuenis, nec quicquam defuit illi.

Intra animi, mentisq; fores penetrare tumultu
Visus, & ingenti comprendi totus ab igne;
Inde rapi æthereo curru, cui flammeus orbis,
Quadrupedesq; forent, vomerent qui naribus ignem.
Supra anni, Solisq; vias, super astra, poloq;
Elatus, tandem cœli in regione suprema
Sistitur ante fores, aditusq; in limine primo.
Mille domus, templiq; gradus, quibus ordine longe
Paullatim ad superas conscenditur vndiq; portas,
Ducitur extemplò passusq; gradusq; per omneis.
Paullatim ascendens, summaq; in parte locatur.
Hic duce, quo raptus, suprema palatia cœli
Circuit, & tecti miratur nobile textum.
Spiritus æthereus, cui non fas numine quenquam
Oppletum sinere occultas non noscere caussas,
Tum iuuenē alloquitur, breuiterq; hæc ore profatur;
Ille ego sum, iuuenis, fausto qui numine mundum
Molior, & superos conseruo ardoribus orbeis,
Sum nati, & Genitoris Amor productus ab illis.
Me sequere; aspicies, quantùm pietasq;, fidesq;
Christiadùm surget, totum transmissa per orbem.
Qui Heroes Christum referent, qui sanguinis vndis
Fundabunt verum cultum, genteisq; per omneis
Ore fatebuntur ventura gaudia vitæ.

Psalmi. 18. & D. Paull. ad rom. c. 10.

Talibus allectum iuuenem iuxta alta Palati
Mœnia deducit, pictosq; ex ordine muros
Monstrat, & in foribus mirantem detinet aureis.

Accenditq; animum famæ venientis amore.

Numen, honos vatum, summi qui arcana Parentis
Cuncta tenes, primisq; olim qui lentus in vndis
Sponte ferebaris, mecum decurre laborem
Inceptum, atque animos fœlicibus imbue curis,
Qui Christi quondam fasces, quæ tempora rerum,
Quis primus Romæ imperium, sedemq; potentem,
Et triplicis mundi fundarit nobile sceptrum,
Cui mare, cui tellus, cui cælum, & Tartara parent,
Expediam, & veterum Pastorum exordia dicam;
Nostraq; perpetuum deducam ad tempora carmen.

Portarum ingenteis valuas, posteisq; tremendos
Excelsosq; adis muros, sculptasq; figuras
Ex solido effictas auro, puroq; metallo
Admirabatur correptus amore Ioannes;
Cum talei iterum perfudit pectore voceis
Spiritus æthereus, digitoq; ostendit honores.

Regia cælestum, statio gratissima nobis
Est hæc ante oculos: claudit molimine portas
Ingenti, nullisq; aditum ad penetralia pandet,
Donec ad ascensum natus Genitore supremo,
Virgineoq; vtero Christus, qui veste grauatus
Mortali, solymas peragat spectabilis Vrbeis,
Post obitum ad vitam regressus venerit, atque
Intulerit cælo fœlicem ex Dite triumphum.
Tunc etenim has valuas pandet, reserabit et omneis
Anfractus, cæliq; vias ostendet apertas,

Ut sancti heroes sedes intrare beatas
Sæpè queant, lætiq; ad regia culmina tendant.
Qui verò heroes valuis signantur in ipsis,
Sunt, qui post Christum Christi venerabile sceptrum
In terris quondam certa sub sede tenebunt;
Partim etiam muris circumq; supraq; cohærent.
Qui sint, qui fuerint, paucis, adverte, docebo.
Ille senex, niveos gestat qui vertice crineis,
Est Petrus, vestri caput haud dubitabile cœtus.
Hic, postquàm cælo demissum acceperit ignem
Pectore, post reditum Soteris ad ocia cæli,
Proferet in genteis Christum, populumq; Britannum
Erudiet, soliumq; habitum à Sotere tenebit
Intra vrbē Anthiocam et septē dominatus in annos,
Per varios casus, per tot discrimina rerum
Constituet Romæ mansuram in sæcula sedem.
Hic Vaticanis statuet sub collibus aram
Ingentem, excelsam, populis quæ maxima semper
Dicetur cunctis, & erit quæ maxima semper.
Vnde Duces, Regesq; omnes, populiq; capessent
Iura, sacrosq; vsus, & erit venerabilis auctor.
Inde Cruci affixus cunctis imitanda relinquet
Exempla. Et Paullus, Stephano qui orante videbit
Æthereas flammas, cum Petro infanda subibit
Supplicia, & gladio dabit exsuperabile collum.
Quatuor ast illi iuuenes, qui, vt sydera, tantum
Circumeunt Patrem, nec ab illo abscedere tentant,

Plat in eius vita, & Car. Baron. Ann. Eccles. t. 1 ann. Christi 45. &c. n. & seqq.

Sunt Lucas, Marcusq; simul, Matthæus, & alter
Ille ipse es: te ipsum in tanto non noscis honore?
Testibus his etenim Christus per vtrumq; Bootem
Tendet, & occasu exceptus referetur ad ortum.

Simon Metaphrast die 15. mẽsis Aug. & Card. Baron. Ann. Ecc. t. 1. an. Christi 48. c. 2. & seqq.

En terra elatam cœlum conscendere cernis
Inter honoratam turbam, iuuenesq; canenteis
Virginei generis proprio cum corpore matrem?
Illa Dei est Genitrix, Cœli Regina, parensq;
Orbis, & humanæ custodia vera salutis.
Nam putreis labi in cineres sub marmore duro
Virgineos artus, Christo qui membra dederunt,
Fas erit haud vnquam, tumulo sed Natus ab alto,

Christi Adrichom. in descript. vrb. Hierosolym. n. 198

Condat vbi quondam mulier sanctissima templum.
Sydereos inter iuuenes, sanctasq; choreas
Quadriiugo curru radiantibus inferet astris.

Platin. in eius vita. & Card. Baron. An. Ecclesi. tit. 1. ann. Christi 70. c. 1 & seqq.

Est Linus ille alter Petri successor, & aræ
Prouidus Antistes, viua qui in imagine fulget.
Sub tanto Pastore cadet celeberrima mundo
Nũc Solyma, & penitus quondã exstirpata per omneis

Card. Baron. Ann. Ecclesi. t. 1. an. crist. 72. c. 1. & seqq.

Terrarum, pelagiq; plagas sua corpora mittet.
En quò priscorum virtus se flectet auorum?

Platin. in eius vita, & Card. Baron. An. Ecclesi. to. 1. ann. Christi 81. c. 1 & seq. & ann. Cristi 93. c. 1. & seqq.

Inde altum imperium Cletus moderabitur, heros
Optimus. Hinc Clemens, pietate insignis, habenas
Sumet, & ex tanto clarescet sydere mundus.
Huius Anacletus successor ad alta vocatur
Imperia; hunc proprio signatum nomine cernis.
Hic Euaristus erit, vicinaq; sceptra fatigat

Ma-

Magnus Alexander, Tarpeiaq; limina calcat.
Alter erit Syxtus, pastor sanctissimus; ille
Multa animo condens, & lege Telesphorus alta
Dicetur, iuxtaq; tenebit Iginus habenas.
Hinc Pius, atque Anicetus erunt, Soterq; sub illis.
Ille etiam natus clara Eleutherius ora,
Excipiet sedem, quam Victor deinde subibit.
Hic Zephyrinus erit, sed erit genitore Calixtus
Romano, & sedem post illum Vrbanus habebit.
Ille etiam Romanus erit Calphurnius; ille
Antherus, Fabiusq; ille, & Cornelius alter,
Qui pedibus, manibusq; sacris, & vecte Nouatum
Calcat adhuc, quantas ostendat, respice, vires.
Nunc oculos conuerte tuos, murumq; propinquum
Respice, & ingenteis Christi mirare triumphos.
Lucius ille erit, expulso qui ex sede tyranno
Imperium reget, & dextra moderabitur orbem.
Hinc Stephanus, Syxtusq; alter natione Pelasga
Assument sedem, & Dionysius inde sequetur.
Hinc Fælix capiet sceptrum, & super ossibus ipsis
Sanctorum Heroum statuet fundaliter aras,
Eutychianus erit, summo qui apparet in auro.
Caius adest, & adest his Marcellinus in oris,
Qui dabit Idolis sanctos malè sanus honores;
Sed confessus atrox crimen sibi sumet honestum
Supplicium, & pœnas proprio de pectore soluet.
Et Marcellus adest post illum in sede futurus.

Hic est qui fassus medicas Eusebius arteis,
Excelsum capiet solium, solusq; merebit,
Ut se Pastore in Solymis regina per artem
Inueniat Christi sacrum, & venerabile lignum,
Inq; altis statuat templis sine fine colendum.
Alter Melchiades, post quem Syluester obibit
Munia Christiadum, & sanctis dominabitur aris.
Hic Constantinum morbo, scabieq; grauatum
Incolumem reddet, sacroq; in fonte lauabit.
Ille pijs motus curis, & numine nostro
Pontifici donabit opes, ceditq; coronæ
Immensum imperium, sceptrumq; resumet ab illo.
Ille hic Marcus erit, longo decoratus amictu:
Iulius est alter, cui pessimus Arrius ambas
Submittit palmas, teriturq; à vertice ad imum.
Liberius capiet solium, sed agetur iniquis
Augusti curis, quas Arrius exciet auctor,
Hinc Fœlix alter damnabit morte nefandos
Augusti assæclas, & habebit nobile nomen:
Alter erit Damasus, qui post insignia mundo
Facta ferum Macedum totum damnabit in æuum.
Syricius veniet, Manichæosq; vrbe fugabit
Æneadum tota, sed eum post fata sequetur
Magnus Anastasius, damnansq; Pelagia castra
Et ferro, atq; igni, reget Innocentius orbem.
Alter erit Zosimus, Bonifatius alter in auro,
Quem fera turbabit discordia, sed tamen ille

Inuictus solium Petri sine labe tenebit.
Et Cælestinus, Romano sanguine cretus,
Surget post illos, æternisq; ignibus omneis
Nestorios peraget; Syxtusq; est tertius ille.
Ille Leo magnus, qui pectore, & ore Leonis
Compellet Totilam gentem reuocare sub Istrum,
Italiamq; omnem cælestibus imbuet ausis.
Ille erit in solio qui fulget, Hilarius, alio;
Simpliciusq; alter, Fœlix sed tertius alter.
Ille sua gratus, populoq; Gelasius, vrbi
Viuet; Anasthasius post illum sine domandus
Infausto, & totum reparabit Symmachus orbem.
Aspice Ioannem Gallos sua iussa docentem;
Hormisdamq; prope, & Fœlicem nomine quartum
Ille (vides hominem) Bonifatii nomen habebit;
Ibannesq; alter sed Rusticus alter, & alter
In duro exilio Syluerius ossa relinquet,
Viggiliusq; miser; casusq; Pelagius auctor
Apparet: veniet post illum ad sceptra Ioannes.
Hic Benedictus erit bello turbatus, & armis;
Infandaq; fame, & morbo, quem tota subibit
Æneadum regio; surgetq; Pelagius alter,
Quem rabies belli, & lethum miserabile tollent.
Hunc & Gregorium totus mirabitur orbis;
Magnum Gregorium, superum qui contrahet iras
Ille alter paries claro effigiatus in auro;
Continet heroum generosam pectore turbam.

Illo

Ille Sabinus erit, Bonifatius ille; sequetur
Alter post illum Bonifatius ordine quartus
Ille Deodatus, & Bonifatius ille; sed ille
Sedis erit quondam possessor, Honorius altæ.
Ille Seuerinus miseros complexus, & aras
Sanctus erit; post quem Ioannes sumet honorem.
Hic Theodorus erit, Martinus at ille; sed alter
Eugenius vita, & virtutibus imbuet orbem.
Vitalianus erit supremas latus ad aras;
Inde Deodatus excipiet venerabile sceptrum.
Domnus, atque Agatho ad sanctissima munia surgent.
Inde Leo sanctis curis, & numine nostro
Plenus, & ille aderit sanctos Benedictus ad vsus.
Ioannesq; Conon; alter; dehinc Sergius, atque
Tertius inde Leo curis atrocibus actus.
Hi duo Ioannes, & deinde Sisinius vrbem
Excipiet, paucosq; dies in sede sedebit:
Et Constantinus solium illustrabit, & orbem.
Hi duo Gregorij, & Zacharias; deinde sequetur
Mente fauens Gallis Stephanus, Stephanusq; sedebit
Alter, & excipiet supremas Paullus habenas.
Et Constantinus sceleratis artibus vrbem
Inuidet, meritasq; feret pro crimine pœnas.
Ille erit & Stephanus, qui labeis auferet aras;
Ille Adrianus erit, Carolo gratissimus auctor
Imperij; ille Leo, cui linguæ, & luminis vsum
Omnipotens reddet, sanctas vt proferat aras.

Hic

Hic Stephanus, sed erit Paschalis prouidus ille;
Eugenius surget post illos; inde capesset
Sceptra Valentinus, celerique volumine vitam
Componet, magnisque agitabitur vndique caussis
Gregorius, tandemque sedebit Sergius vrbe,
Qui statuet, nomen mutent, qui ad sceptra vocantur.
Inde Leo surgens sacratis reddet honorem
Aedibus, atque hostem precibus submerget in vndis.
Post Benedictus erit, sed erit Nicolaus & ille,
Margine supremo, & suprema in parte locatus.
Ille Adrianus erit, summa qui in parte tabellae
Cernitur, atque alter Ioannes iunctus amore
Eximio Carolo, & capiet Martinus habenas.
Hic Adrianus erit, Stephanus quē deinde sequetur.
Hic formosus erit, sed erit Bonifatius ille.
Hic Stephanus, Romanus erit, qui tempore paruo
Viuet, & ille aderit Theodorus, & ille Ioannes;
Hic Benedictus erit; vexatum cerne Leonem.
Christophorusque auctor rerum pro principe summo
Excipiet sceptrum, sed erit sine honoribus ille.
Sergius inde aderit nimium feritate laborans;
Hic, & Anasthasius, post Landus, & ille Ioannes;
Inde Leo; hic Stephanus; Ioannes ille, sed ille
Ipse Leo; hic Stephanus, Martinus & ille subibit
Aethereos fasceis, & habebit Agappitus vrbem.
Has scelere, atque astu Ioannes sumet habenas,
Inde Leo, atque alter ductabit sceptra Ioannes.

Hic

Hic Benedictus erit, sed erit Bonifatius ille:
Atque alter Benedictus erit, terni Ioannes
Temporibus statis Romana in sede sedebunt.
Gregoriusq; erit ille quidem; Syluester at ille,
Qui pacta, & leges vitæ formabit in vsum
Cum Satana infando, & delusus morte peribit.
Hi duo Ioannes, & Sergius inde subibit:
Hic Benedictus erit, Ioannes ille, sed ille
Infælix Benedictus erit sine nomine monstrum.
Gregoriusq; erit ille; sed ille immanis, & asper
Existet Clemens, Damasusq; hunc deinde sequetur.
Inde Leo, & Victor, Stephanus; Nicolaus, & ipse
Clarus Alexander se per vestigia cernent.
Gregorius, Victorq; aderit, qui diriter atrum
Excipiens virus patera spumante peribit.
Ille erit Vrbanus, cuius fælicibus olim
Auspicijs Solymam tendet festinus ad vrbem
Ille Bohemundus, quem fama extollet Olympo,
Et Christi ornabit generosa mole sepulchrum.
Hic Paschalis erit, varijsq; agitabitur vndis
Principis Henrici, pariliq; Gelasius ira
Eiectus, Cluuijs infælix finiet æuum.
Ille Calixtus erit Burgundo patre creatus;
Felsineo sed patre creatus Honorius ille.
Alter, quem cernis tristem, sed ponere vultus
Tristitiam spectas, erit Innocentius; ille
Cælestinus erit, quem Lucius inde sequetur.

O quan-

O quantùm Eugenius sanctos extollet honores?
Quos & Anasthasius totum firmabit in annum.
Hic Adrianus erit, scelerum sed maximus vltor
Surget Alexander; post Lucius; inde capisset
Vrbanus sedem, nimioq; dolore iacebit.
Gregorius curis actus, Clemensq; benignus.
Et Cœlestinus surgent, quos cernis in auro.
Ille autem pater, & merito spectabilis heros,
Gloria Pontificum; Tyberino in litore quondam
Viuet, & æquatis reget Innocentius orbem
Legibus. Hoc vno magnus sub parte Tolosæ S. Dominicus
Florebit iuuenis, cœtum qui coget amicis
Viuere præceptis, sceleratáq; pectora franget.
Quæ curæ quæ turba virùm, quæ pectora, quiuè
Heroes tanto sub nomine lumina mundo
Præbebunt sanctæ fidei, cultusq; probati
Relligione patrum, ceu lumina Solis, habebunt
Et studia & mores, & sacræ munia vitæ.
Hoc etiam Pastore puer consurget ab Vmbris, S. Franciscus.
Qui spretis opibus inopem traducere vitam
Instituet cœtuq; hominum sub paupere tecto
Iure coactorum viuet comitatus in antris.
Supponent humeros sacratis ædibus ambo,
Neuè ruant, mira tandem virtute tenebunt. repone hic uersus, qui sunt in fine.
Surget Alexander, pestis destructor iniquæ:
Vrbanusq; illum comitabitur, optimus heros.
Hic erit & Clemens, Pastor sanctissimus: ille

Gre-

Gregorius, sanctas qui optabit visere terras.
Ille diu haud viuet toti Innocentius orbi:
Hic Adrianus erit, sed erit sine honore Ioannes.
Ursino Nicolaus erit de sanguine cretus.
Hic Martinus erit, Feretris infestus, & urbi,
Aemiliaeq; locis, Gallorum praeditus armis.

Guilielm. Durantes.

Huius & auspicijs Durantes nomine clarus,
Et patria, & studijs, & pectore colliget olim
Riparum Castri sparsos per rura colonos,

Castrum Riparum.

Relliquias belli, & saeui monumenta doloris.

Metaurus.

Inter & algenteis colleis, ubi culta Metaurus
Irrigat, optato signabit moenia sulco.
Pro triplici vallo fluuium, pro mole secundum
Apennini colas altissima moenia ponet;
Ciuibus & proprio nomen de nomine finget.

Durantes Oppidum.

Cantibus hic varijs sub amato Robore Cygnos
Magnanimos resonare Duceis per fluminis undas
Audiet Ausonius Stiuae subnixus arator,
Carminaq; attentas auidus demittet in aureis;
Et leget, & totum mittet visenda per orbem.
Egregijs studijs hic Honorius, ortus ab alta
Gente Sabellorum, totum moderabitur orbem.
Hic Nicolaus erit, Caelestinusq; sequetur.
Hic erit insanis actus Bonifatius armis,
Haud meritus tristem sancto pro munere finem.
Ille etiam summas capiet Benedictus habenas;
Ille etiam Clemens sacrata in sede quiescet.

Hic equites Christi statuet, Thomamq; Ioannes. D. Thomas.
Pro sanctis meritis cœlestibus ingeret oris;
Multaq; constituet, varijsq; agitabitur armis.
Ille autem Benedictus erit, ditabit & aras
Hic auro sanctas, nec amabit sanguine iunctos.
Ille erit & Clemens animarum peruigil hospes.
Hic vita excellens erit Innocentius; ille
Vrbanus bellum pro libertate capesset.
Gregoriusq; erit ille quidem, qui reddet honores
Pontificum Ausoniæ populis, Gallosq; relinquet.
Ille erit Vrbanus rerum studiosus, & aræ:
Ille erit excelsis curũ Bonifatius; ille
In magno surget strepitu Innocentius orbis.
Sed qui tristitiam ostendit, vultumq; timentem,
Gregorius veniet, Pisarum notus in oris.
Hic & Alexander thesauri splendidus hæres.
Viribus inde vsus capiet sacrata Ioannes
Imperia, & solium post hunc Martinus habebit.
Quantũ ille senex, quantumq; vtrumq; per orbẽ
Se feret Eugenius, quantumq; altaria tollet.
Hic Nicolaus erit, statuet qui munia mundo
Pacis perpetuæ, capietq; hæc sceptra Calixtus.
Hic Pius alter erit, nulli pietate secundus.
Post illum Paullus studijs insignicus, & æquis
Legibus, at curis viuet decoratus honestis.
Ille autem grauibusq; oculis, vultuq; minaci, Syxtus V. Pont. max.
Sed facie illustri, atque animo sine fraude benigno.

Syxtus

Syxtus erit, magnus quondam pater vrbis, & orbis
Multa aget vt sanctas ad sydera prouehat aras;
Bella etiam capiet pro Christo, multaq; victor
Regna Petro subdet, succurret & ocyus orbi.
Ruuereosq; Duceis, vnde ortum ducet, & altum,
Atque illustre genus, sceptris decorabit auitis,
Debita vt inuictis non desit gloria rebus.
Post Syxtum excipiet solium Innocentius altum,
Qui iam iam totum prudenter personat orbem,
Nulla fides, pietasq; viris, qui castra sequuntur.
Hinc & Alexander surget tremebundus. & asper,
Ille est, qui vultu sublimeis exhibet iras,
Atque truceis animos, & pectora plena minarum;
Italiam, Europamq; omnem vastabit, & agros,
Lugubreisq; Duceis reddet, regesq; potenteis;
Nec sæuos casus propria cum prole, nec vllum
Respicit occasum, nec amaras numinis iras.
Hic Pius existet, fatum sirumpet acerbum.
Ille erit inuictus Pastor demissus ab alto — Iulius 2. Pōt. Max.
Iulius, excelsiq; nepos de sanguine Syxti
Ruuereo genitus, similisq; per omnia Syxto
Totus erit, penitusq; animo meditabitur olim,
Vt super astra ferat Christi venerabile regnum.
Et bello, atq; armis Perusinum conteret hostem,
Expelletq; trucem fœcunda ex vrbe Tyrannum.
Felsineumq; ducem coget discedere regno,
Atq; vrbem inuadet, sceptroq; tenebit, & armis.

Pro

Pro Æmilia Venetos premet, & pro nomine Gallos
Ausonio vrgebit, referetq; insignia victor.
Aspice, quos vultu monstret, quos fronte furores
Contra vesanos reges, contraq; tyrannos:
Borgia quos Cæsar crudelia ad arma vocarit.
Huius posteritas captos iam à Cæsare fasceis
Imperio augebit per auorum nomina centum:
Et, grauida imperijs fœlicibus vndiq;, tandem
Virtute ardescens, præclaris arcibus altam
Vrbini statuet sedem, coniuncta feretris
Sanguine, & imperio Ducibus; quaq; alta Pisauri,
Inguuij, Feretriq; patet latè ampla potestas,
Alpibus, & pelago circum vallata, tenebit
Iura potens. Et post tercentum lustra, nouemq;
Lustra simul, claris genitoribus orta propago
Illa erit, omnigenum cœli ventura sub axem.
Magnus auis, atauisq; potens, sceptrisq;, tiarisq;
Inuictus, sed enim virtute potentior, atque
Excelsis factis. Pietas, Astræa, Fidesq;,
Et Pax huic circum iam iam exultare videntur.
Antè oculos Sotera tenet, gladioq; micanti
Armatus dextram pro Christo stabit, & aris.
Franciscum Mariam en cernis super vltima frontis
Signatum nomen, radijs Solaribus æquum?
Expectant illum populi, desiderat orbis
Omnis, & æternis precibus cœlestia poscunt
Numina: fœlices populi, semperq; beata

Leo x. Pont. Max.

Illa ætas; toto cantabitur orbe Metaurus.
Quas cernis circum stellas splendescere claris
Luminibus, numerum natorum, et nomina iuxta
Virtutem referunt: & erit clarissima pubes
Relligione patrum, & Tarpeiæ gloria sedis.

Leo x. Pont. Max.

Ille Leo existet, simulans qui tollere cœlo
Supremum solium, totumq; inuadere mundum,
Ausoniam totam festinus ad arma vocabit;
Sed tandem inuictum, confictis vndiq; causis,
Franciscum Mariam properabit trudere regno,
Ut Laurentinum iunctum sibi sanguine tantis
Præficiat populis, æternaq; in ocia regnet;
Sed conatus eum penitus frustrabitur omnis.

Adrianus vj. Pont. Max.

Hic Adrianus erit, Caroloq; fauebit alumno,
Sed citò destituet mundum, & se extollet Olympo.

Clemens vij. Pont. Max.

Ille erit & Clemens, qui non fœliciter orbem
Excipiet, magnis infestus Cæsaris armis.
Roma caue; tibi enim, tibi iam Borbonius heros
Bella parat summosq; parat transcendere monteis,
Vt ferro euertat genteis, atque ignibus vrbeis.

Paullus iiij. Pont. Max.

Ille oculis, vultuq; grauis, facieq; benigna
Paullus erit: dabit hunc Farnesia clara propago.
Magnus erit pater, & pacis fidissimus auctor
Inter Franciscum regem, Carolumq; potentem.
Imperio sanctas augebit sedulus aras;
Atque Tridentinam populis indicet ad vrbem
Concilium, vt tandem discordeis supprimat iras;

Unde redemptorem Christum Regesq; Ducesq;
Et populi, & gentes fateantur honore supremo.
Italiamq; omnem red 'et, facietq; beatam,
Ociaq; Europæ pariet prudenter, & orbi.
Quos quoque cognoscet claris virtutibus inter
Heroes præstare, viros extollet ad astra;
Unde sui, & Petrus memorabile nomen habebunt.
Pontificis tanti auspicijs Ignatius olim
Vir clarus, plenusq; Deo, & virtutibus, almos
Intra ædeis septas socios traducet, & illis
Imponet leges sanctas præceptaq; vitæ;
Nomine & à Iesu deducto muniet illos:
Expetet & tandem cælos, & regna beata.
Hinc homines etiam claris virtutibus orbem
Erudient totum, studijsq; & voce iuuabunt.
Illi etiam assiduo stabunt certamine contra
Germanos, rabiemq; prement, & iniqua retundent
Pectora, proq; fide, superûm quæ ad regna reducit,
Assiduis (mirum) cruciatibus ocia degent,
Nemo erit intra illos, qui cum sua nomina cælo
Non ferat, & clarum teneat per sæcula nomen.
Sat q; tibi hæc habeas, quoniam admirabitur orbis
Cætera, & hinc hosteis contundi fulmine linguæ
Omnes prospicient, & erit cum laudibus atas.
Iulius ille erit, Aretino sanguine cretus,
Artibus excultus varijs, quibus omnis honestas
Quæritur, & proprio componet nomine pacem.

Institutio Societatis Iesu.

Iulius iij. Pô. Max.

Hic Marcellus erit, Pastor sanctissimus olim,
Sed tamen ante diem vestris discedet ab oris.
Ille erit & Paullus, sed erit Pius ille sed ille
Paullus iiij. Pont. Max. *Alter erit Pius, in solio cognomine Quintus.*
Pius iiij. Pōt. Max. *Sanctus erit pater, & qui multùm proderit orbi.*
Pius v. Pont. Max. *Huius enim auspicijs, huius fœlicibus ausis*
Christiadæ quondam Naupacti ad litora Thraceis
Inuicti dexteris iusto certamine vincent.
Alta petent; pelago credas innare reuulsas
Cycladas, aut monteis concurrere montibus altis;
Tanta mole viri in certamina puppibus ibunt.
Contundentq́; viros, puppeisq́; intra æquora mergent;
Hinc pelagus mittet rubras ad litora spumas;
Captiuiq́; viri, generosaq́; parta per vndas
Gaza maris, prædæq́; genus, captæq́; triremes
Christiadis parient æternam in sæcula laudem.
Gregor. xiij. Pont. Max. *Ast ille, ingenteis animos qui in pectore gestat,*
Et longam ætatem promittit, & ocia mundo,
Gregorius populis aderit, cui tanta potestas
Fœlicem ingressum, & fœlicia cuncta parabit.
Illum pacis amor stimulat, stimulatq́; cupido
Augere imperium, & Christum proferre per orbes:
Vnde Iaponenses extremo ex orbe profecti,
Æquoris, & terræ superatis motibus olim
Aduenient reges tanti Pastoris ad ædem;
Inde fatebuntur Christum aduenisse salutem
Humani generis, cuius seruare perennem

Gre-

Gregorium dicent thesaurum, & pandere mundo.
Sixtus erit, qui cuncta mouet, qui cuncta gubernat
Nutibus, & nulli primos concedit honores.
Quantus erit Pastor, quantum pro laude Quiritum,
Et pro relligione olim tolerabit ad vrbem:
Nam serpet Latio infecto lethale venenum
Tartarei monstri, facies non vna malorum,
Ambitio, luxus, Veneris vesana cupido,
Contemptus legum; duriq; licentia ferri
Cuncta aget: assiduo trepidabit Roma tumultu.
Sed premet infandas cædeis, luxumq; famemq;
Furtaq;, & Eumenides sancto conamine Syxtus.
Restituet pacem mundo, placidæq; quieti
Legitima ratione suos reuocabit honores;
Consulet & cunctis ventura in sæcula rebus:
Hinc fuluum imponet generoso corde Leonem
Ausoniæ; molemq;, & monteis insuper altos
Addet, & insanos æterno carcere claudet.
Ille erit Vrbanus, qui magnis excidet ausis.
Sed qui post illum venit, Innocentius orbem
Tutandum excipiet, promittet & ocia rebus.
Multa animo, vultuq; parabit, prouidus vt rem
Romanam extollat, totumq; extollat in orbem
Relligionis opem; sed erit contraria tanto
Ardori, atque animo nimium properata senectus.
Gregoriusq; erit ille pater venerabilis olim,
Cui sceptra, & solium sancta virtute patescent,

Sixtus v. Pon. Max.

Vrbanus vij. Pont. Max.
Innocent. ix. Pont. Max.

Gregor. xiv. Pont. Max.

Sed tristem vitæ breuitas per sæcula reddet.

Hunc geminas nunc flecte acies, hunc aspice patrem, Clemens VIII. Pont. max.

Inuictum patrem, & cui magna exordia rerum

Intra animum subsunt, diuersa in parte locatum,

Splendentemq́; auro melius, meliusq́; nitentem.

Hic Clemens, magnum numen, venturus in orbem,

Magnanimus Clemens, Pastorum gloria Clemens:

Hic vir hic est, tibi quem promitto tempore quodam,

Dum penitus toto nutabit vertice mundus,

Restituxum imperio terras clementibus astris.

Prouidus Antistes, Diuûm genus, aurea condet

Sæcula: qui iam iam super & Garamantas, et Indos

Proferet imperium, & toti dominabitur orbi.

Huius in aduentu iam nunc & regna Britanna,

Et Bactra, atque Indi, nec non Ægyptus, & Orcas

Responsis horrent Vatum, & Babylonius ensis,

Marmaricusq́; ferox, & Colchica regna tremiscunt.

Et satiata Dei precioso sanguine tellus,

Satq́; superq́; olim manibus polluta prophanis, Vrbanus vii. Pont. Max. Innocent. ix. Pont. Max.

Effugere horrendi speras molimina Thracis.

Tunc eris in precio virtus; tunc fiet honestas

Grata viris; pietasq́; ingentes proferet alas.

Tunc pudor, & grauitas spectabitur omnia regna

Sancta fides iunctis reuocabit ad ocia dextris

Tunc nullæ insidiæ cuiquam; tunc munia fraudum

In terris sine honore suis neglecta iacebunt. Gregor. xiv. Pont. Max.

Tunc artesq́; doliq́; omnes, & crimina cæcos

 Demissa

Demissa ad maneis penitus, penitusq; relinquent
Humanum genus, haud vllum memoranda per æuum.
Tunc plena in campos læta cum fruge redibit
Vbertas, magnaq; prement tunc horrea messes.
Tunc quoque dira fames, Latiũ quæ vrgebit, et omnẽ
Europam studio tanti Pastoris abibit.
Pacis amor, verumq; decus, studiumq; quietis,
Et visa in terris raro concordia viuet.
Tunc quoq; permoti diuino numine vates,
Munere concessi nostro, & cælestibus auris,
Exsurgent, sanctisq; extollent versibus illum;
Sertaq; component capiti; & ceruicibus altis
Aurea, & æternam referent per carmina laudem.
O quantum exsurget cultus; quantumq; per aras
Argentum, atque aurum, circum radiante pyropo,
Chrisolytoq; simul, Panchæos fundet odores.
Ipsa autem, casus quæ olim patitur amaros
Relligio in terris, magnum, & venerabile numen,
Extollet rediuiua caput, sanctasq; tiaras
Extra anni solisq; vias, extra vltima mundi
Proferet imperia, vt populi, quos ante solebat
Spernere Roma, omnes numen Clementis adorent.
Crux quoque, quam sanctũ nuper fabricabit in vsum,
Insanis stimulis, cæcoq; agitata furore,
Sæua cohors Solymum, stabit super omnibus aris,
Et decus existet templis, & turribus altis.
Quin etiam totis pugnabit pro viribus olim,

Dum suprema geret mundi moderamina Clemens,
Externi reges gestare in frontibus altis
Tantum vexillum, & vesteis, chlamidesq; superbas:
Hoc signo ornabunt, tecta, ingenteisq; penateis
Hoc Crucis obsequio gaudebunt fulgere mundo.
Tunc ædes sacræ condentur, templaq; sanctis
Erecta in lucis summa pietate nitebunt.
Huius & auspicijs quondam in regione feracis
Pannoniæ, & circum pro relligione parentum
Fundentur turmæ hostiles, sæuaq; phalanges:
Et gladius fœdo spumabit sanguine Thracum.
Strigoniamq; vrbem, quam denis antè Tyrannus
Turbarit lustris, tum sub Clemente resumet
Cæsar, & excelsa solium componet in arce.
Quid tibi præterea referã, quæ hoc auspice quondã
Ille Sigismundus, Battori sanguinis hæres,
Bella Dacûm in terris fœlicibus atteret armis:
Hic etenim gladio inuicto, dexteraq; potenti
In tenera nimium ætate, & iuuenilibus annis
Infestabit opes Thracum, quas nouerit amplas
Pannonico in regno, & fundo peruertet ab imo.
Occidet fœdos populos ingressus in vrbeis,
Auferet & regnum Ducibus, prosternet & omneis,
Quos sanctis regnis inimicos cernat, & aris,
Auferet & penitus Vallachos; eximet inde
Moldauos, circumq; omneis reuocabit ad arcem
Romuleam, & coget, magnum Clementis adorent

Numen, & exemplo sceleratá Idola relinquant.
Imò etiam tantum incutiet per membra timorem
Turcarum regi, vt castris, gazaq; relicta,
Extremas repetat parteis Orientis, & altis
Arcibus inclusus plenus formidine mittat
Legatos, aliquo vt concludat fœdere pacem.
Inde Iauarinum supremo in monte repostum
(Nomine Brægetium patres dixere priores)
Armorum strepitu, & properato fulmine ferri
Eximet inuictus Turcis tum deniq; Cæsar;
Ille est, quem Clemens totis complectitur vlnis.
Aspice Gallorum regem, cui maximus auream
Imponit Clemens dextra moderante coronam.
Cernis, vt ad sanctas plantas se sternit, & illas
Supplicibus votis penitus reuerenter adorat.
Ille erit Henricus, paci qui inimicus, & aris
Christiadum, fœdo vastabit millte, & armis
Imperia, & populos penitus peruertet, & vrbeis.
Sub Clemente tamen diuino numine motus
Tantorum exposcet veniam, pacemq; malorum.
Unde illum Clemens sanctas reuocabit ad aras,
Restituetq; Deo, & veniam, pacemq; petitam
Concedet, sceptrumq; dabit, & nobile regnum.
Ut quoque semper agat fœliciùs ocia mundus,
Augeat & sancti soliŋ venerabile sceptrum,
Alphonsus Princeps, Estensi sanguine natus,
Post longam ætatem senio confectus obibit;
Unde

Unde vrbes, populiq; ipsi, & ferraria, primum
Erydani caput, ad Petrum, vt cognata, redibis.
Hinc sanctus Pastor, tanto lætatus honore,
Abscedet Roma, & patribus comitantibus illum,
Tendet ad Erydanum: Ferraria læta repente
Prodibit contra, & patefactis vndiq; portis
Clementem excipiet; Pastoremq; omine clarum.
Et patrem inuictum pleno venerabitur ore:
Magnanimi heroes circum, regesq;, Ducesq;
Vndiq; concurrent, humerisq; ingentibus illum
Extollent, totamq; ferent sublime per vrbem;
Arcibus, & tandem in summis, & sede suprema
Constituent, pedibusq; dabunt feruentia sanctis
Oscula, & ad terram prostrati corpore toto
Numen adorabunt Clementis, sceptraq; ab illo
Se accipere haud dubijs ostendent vocibus omnes.
Hic inter Regem Gallum, Hispanumq; potentem,
Quorum animis magnis olim, & discordibus armis
Horrescent reges, & erit sine pectore mundus
Optatam æterno componet fœdere pacem.
Hic etiam Austriacam forma præstante puellam,
Quam aductam extremis capiet Ferraria terris,
Hispano Regi post vltima fata parentis
Connubio iunget stabili, propriamq; dicabit.
Arcem etiam ingentem summis in cornibus alti
Erydani extollet, supremaq; culmina cœlo
Proferet, & tantis frænabit molibus vrbem

Hinc

Hinc rediens Romam, fluuium cognomine Tybrim,
Cursibus insanis turgentem, & pinguia culta
Vastantem, & totam euertentem fluctibus vrbem,
Inueniet, nullumque irarum imponere finem.
Ille autem ante aras prostratus poscere pacem
Desinet haud vnquam, & sanctissima sacra supremo
Rite Deo faciens onerabit sydera votis.
Humectans sanctis lachrymis altaria supplex,
Quin etiam nudis pedibus delubra peragrans,
Flexinagosque gradus scalarum, & caeca viarum
Percurrens pauimenta, Deum, patresque beatos
Tantorum exposcet pacem, requiemque malorum.
Illi aderit Deus: Ascendet sublimia rostra,
Et Vaticana stans imperterritus arce,
Attollet sursum dextram, signansque fluentem,
In morem stagni fluuium, vastaque paludis,
Tergemina Cruce, surgentis nimium deterret vndas.
Contrahet extemplo rabiem, tumidumque furorem
Tybris, & assuetum raptim se reddet in alueum.
Hic quoque prouectus, Patrum comitante Senatu,
Expandet Sanctam faelici nomine portam,
Vt veniae, pacisque viae ad caelestia regna
Absque mora pateant, vbi per bis dena, simulque
Te centum per lustra ierint Soteris honores.
Claudet & hanc etiam, spatijs voluentibus annum,
Christiada postquam solemni more litarint,
Cumque Deo genus humanum coniunxerit ille.

Mul-

Multaq; Christiadûm pro relligione suorum
Et geret, & faciet, queis tum laetabitur orbis,
Dum Pastorem vnum, atque vnum spectabit Ouile.
O felix genitor, foelix et tu quoque mater,
Queis quondam tantam dabitur producere prolem.
Sed magis, atque magis foelix, penitusq; beatus
Mundus erit, talis quem quondam Pastor habebit.
Vnde erit in summo virtus, sediq; beata
Parebunt summi reges, domitiq; Tyranni,
Et tremet horrisono fremitu, & singultibus altis
Tartarus, & varios perfundet in aera questus.
Ipse autem coeli chorus, & spectata iuuentus
Mille modis, sanctiq; Heroes numine pleni,
Laetitia, & plausu supremas aetheris aedis
Complebunt, variosq; modos, & carmina dicent.
Plura mihi aeterna taciturnus mente reseruo,
Quae quondam sine fine omnis mirabitur aetas;
Sed te scire nefas mortali mole grauatum
Cuncta; sat hoc etenim quondam mirabitur orbis.
Talia per murum varijs signata figuris
Parte sub externa coeli spectabat in auro
Isacius iuuenis, somno cum excitus ab alto
Inter bis senos socios, iuxtaq; potentem
Sotera in dapibus solemni more sedebat.

Libri Decimi Finis.

SOTERIDOS
Libri Vndecimi
ARGVMENTVM.

PRODITOR Iscarius scelerata per oscula tradit
Christum Iudæis. Christus comprensus ad Annam,
Et mox ad Caipham deducitur; impia Petrus
Crimina collachrymat; dehinc Soter Præsidis ad is
Vinctus adit: moxq; ad Galilæi mittitur ora
Præsidis; inde iterum Pilato transditur, atque
Affectus tortore Cruci committitur; inde
Explicat humanæ tandem spiramina vitæ.

SEBASTIANI MACCII DVRANTINI SOTERIDOS

Liber Vndecimus.

Matt. cap. 26. Marc. cap. 14. Luc. c. 22 Io. c. 18 Concor. Euang c. 137. & Cardi. Bar. Ann Eccl. t. 1. an. Christi 34. n. 59. & 60.

POSTQVAM summa quies epulis, carmenq; Tonanti
Solemni de more fuit pro tempore dictum,
Christus Oliuetum repetit, dum noctis opacæ
Instarent tenebræ; socij comitantur euntem.
Ventum erat ad Villam, dixerunt nomine Patres
Gethsemani, gelidas Cedron trans fluminis vndas.
Hic Petro mandata dedit, mandata Iacobo
Præcipit hæc eadem; nec non dedit illa Ioanni,
(Hos etenim à reliquis tantùm seiunxit amicis)
Vt patrem orarent precibusq; ad vota vocarent;
Neuè darent oculos somno, super omnibus addit.
Hic erat ad montis rupeis celeberrimus Hortus.

Christianus Adrichon. in descript. urb. Hierosolymi. nu. 185.

An-

Antiquis exstructus auis, & honoribus auctus.
Hunc circum astabant magalia, & horridus illum
Cingebat paries, rudium monumenta virorum.
Huc introgressus, raptim sanctissimus Heros
Procubuit genibus, palmasque ad sydera tollens
Hæc ait: Omnipotens Genitor, qui cuncta ministras,
Si fieri possit, tam tristis pocula potus
A me prætereant, pœnasque auerte paratas;
Sed si certa tibi mens est, & firma voluntas
Humanum facinus delendum sanguine nostro,
Ipse hominum fasceis fœdatos crimine turpi
Sponte subibo humeris; nec me labor iste grauabit;
Mens immota manet, quamuis de corpore virtus
Effluat, & vitio nutent formidinis artus;
Sed vigeat placitum suprema in mente repostum.
Post hæc ad socios rediit, somnoque grauatos
Comperit, eccè, omneis; placidoque hæc pectore fatur;
O socij, mecum soliti perferre labores,
Si mens vestra vnquam vigilantibus excita curis
Euicit dulceis somnos, mœstumque timorem,
Hanc mecum orantes insomnem ducite noctem;
Namque graueis casus tandem meminisse iuuabit.
Inde iterum repetens Hortum, feruentius altum
Orabat Patrem, & venturi tanta premebat
Cura obitus, animi vt caderent, virtusque soluta
Staret, & ex toto manaret corpore sudor
Sanguinis, & riuos per humum formaret, & vndas.

Sed

Luc. cap. 22.

Sed tum sydereus iuuenis demissus ab alto
Astitit, & tristeis curas, dirumq; pauorem
Supprimit, atque animum dictis solatur amicis
Hic templum augustum veterum pia cura parentum
Condidit, vt mundo fieret memorabile factum.
Hinc socios repetit, taliq; est ore locutus;
Iam, Socij, somnum capite, & requiescite; tempus
Eccè propinquauit, quo humano natus ab aluo,
Sed Genitore Deo, manibus tradetur iniquis:
Surgite humo, mecumq; viam properanter eamus;
En venit, eccè, meum qui exoptat perdere nomen.
Proditor interea, fraudisq; repertor Iudas
Eccè venit, multiq; illum comitantur euntem,
Longaeui quos ire Patres, populiq; magistri
Ad dirum iussere nefas, sociosq; didere.
Hic alij longos sparos, furcasq; bicorneis,
Ingenteisq; sudeis alij, quercusq; praeustas
Praetendunt: multiq; faceis, & dura ferebant
Robora, & accensis suberant funalia flammis.
Ast illi, quos cura sui, & metus altus agebat,
Se galeis, clypeisq; simul, gladijsq; coruscis
Armarunt, ferroq; artus, & membra tegebant.
Gestabant alij funes, & vincula, multi
Horribileis ferro repetito, atque aere catenas
Imposuere humeris, & terram pondere verrunt.
Fulgebat clypeata cohors per lumina Lunae,
Et fremit insano strepitu vesana iuuentus;

Hieron. de locis Heb. Beda de locis Sanc. c. 6. in fine. & Card. Baron. Ann. Ecc. t. 1. ann. Christi 34. c. 60.

Et

Et rabie, & cæcis agitata furoribus instat.
Mons circum horrisonis vlulatibus vndiq; mugit,
Et reboant valles, pauitatq; exterritus amnis;
Impulsúq; sonat vastis clamoribus æther.
Procedit contra impauidus sanctissimus Heros
Atque illis vltrò verbis se talibus offert;
State viri, quæ caussa viæ? quæ caussa tumultus?
Quis furor indomitus? Coram, quem quæritis, adsum.
Aurea si populum docui mandata Parentis,
Quid merui? socios, quæso, dimittite nostros.
Talia vix Soter sacrato protulit ore,
Cum retrò cecidere omnes, non obuia passi
Colloquia, atque humeris ferram pressere remissis.
Consurgunt tandem stupidi, pauidosq; retorquent
Huc illuc oculos, furijsq; agitantur, & ira;
Nec se sat firmos rentur, nec læua minaceis
Sat clypeos retinere valet, nec dextera ferrum.
Continuò Iscanius Iudas, quem tetra cupido
In fraudeis, cæcosq; dolos trudebat, & arteis,
Fallacem dextram injciens hominiq;, Deoq;
Oscula libauit, verbis affatus amicis.
Ille dolum sensit, pressoq; hæc edidit ore;
Quid modò vestigas, comitum gratissime? quidq;
Complexu hoc ficto Solymis me prodis Iuda?
Vix ea fatus erat, cum circunfusa repentè
Turba ruit, densaq; omnes indagine cingunt.
Sic quoque Caucaseis agitatum montibus olim

Siue fame extrema, diro seu vulnere ferri
Multorum referunt agmen, turbamq; luporum
In pecudum sæuire gregem; quem forte sub alto
Monte videt lentis per libera pascua ferri
Passibus; ignescunt iræ, & cruor vndiq; manat.
Haud aliter vesana cohors sub pectore murmur
Ictat, & horrisonis vlulatibus erigit iras,
Vnigenumq; Dei natum circunstat inermem.
Hi laqueum collo intendunt; hi brachia nectunt;
Hi vellunt, hi vincla trahunt, retrahuntq; vicissim;
Calcibus, & pugnis captum conscindere certant.
Sed furit ante alios Malchus; qui missus ab oris
Venit Idumæis, Caiphæq; adiussa paratus.
Pontificis solitus stabat sine nomine famæ;
Pauper, inopsq; fuit, nec auorum sanguine clarus.
Hic, vt Pontifici coram se testibus vnum
Fidentem assereret, melioriq; omine dignum,
Agglomerat manibus manicas, colloq; catenas
Inijcit, & magnis huc illuc motibus infert,
Immanemq; acuit ventosa in iurgia linguam.
Haud tulit hoc animi Petrus fidentior, atq;
Extempló horriferum vagina liberat ensem,
Et super incumbens inhonesto vulnere tempus
Occupat, & dextram in tergus mox reijcit aurem.
Tum Deus haud patiens tantæ primordia pestis,
Eripit è vinclis dextram, comprendit & aurem,
Atq; manu medica conglutinat, vnde resecta est.

Inde

Inde Petrum increpuit, iussitq́; recondere telum;
Atq; ait; An reris, quód possem pôscere patrem
Centenas iuuenum præstanti corde phalangeis,
Agmina cælicolùm centum; centumq́; cohorteis
Militiæ ætheree, & totum deduce è Olympum?
Sed sine me imperijs magni parere Parentis,
Quæ me sola premunt; hominum nil demoror arma.
Diffugiunt lecti comites formidine capti
Per nemora, & syluas montis, collesq́; propinquos,
Seq; abdunt tenebris latebrosaq; saxa requirunt,
Nec quicquam tantis tutum sibi rentur in antris.
Haud aliter, timidæ quàm visum instare Columbæ
Accipitrem fugiunt, raptoq; per aera cursu
Tendunt præcipites, nec quó se verbere iactent,
Respiciunt, hostem tantúm vitare paratæ.
Interea Soter vinclis oneratus iniquis
Ad Solymam trahitur festinis passibus vrbem
Nocte intempesta, & colles clamore résultant.
Indiq; visendi studio numerosa iuuentus
Circunfusa ruit, certantq́; illudere capto.
Anna prior petitur, sacri qui iura Senatus
Tutabatur atrox, cæcis erroribus actus,
Infestusq; Deo, & Christi teterrimus hostis.
Hic, vt conspectu in medio, & sine honore reuinctus
Constitit antè oculos Soter audacter ab illo
Expetijt, leges quare peruerteret æquas,
Et præcepta senum; & toti quas conderet orbi;

Quo genere, aut auctore forent; quos legerit ali
Iudicio comites; quæ illis promissa pararet.
Ille sub hæc; Populum docui cælestia passim
Iura palam, templisq; dedi hæc mandata sub ipsis.
Ex me autem cur ista petis? cur talia poscis?
I, pete grandæuos, qui me audiuere loquentem,
Et dantem præcepta, Patres; hi singula norunt.
Hic dextram extendens tortor, rigidusq; satelles,
Cui vis, cui feritas, cui promptum ad crimina pectus,
Percutit (heu facinus) grandi sanctissima palma
Oscula Soteris, tremefecitq; ocyus omneis
Artus, & totum concussit verbere corpus.
Atque ait; Hac reddis responsa, scelesté, supremo
Pontifici? At Soter crudelem pertulit ictum,
Rettulit & contra, dira si iurgia lingua
Ulla tulli, testeis adhibe pro crimine linguæ;
Sed benè si fatus, rectè si verba locutus,
Quid me non meritum tam fœdo vulnere cædis?
Talia vix tolerans Annas, quò diriùs altos
Heros Omnipotens patiatur corde dolores,
Tercentum vinctum vinclis, & funibus actum
Militibus diris ducendum, & fortibus armis
Ad generum Caipham, qui tunc oracla tenebat
Summa Sacerdotium, & socero æquabatur honore
Tradidit, auxilium vt speraret surgere nullum.
Ventū erat ad Caiphā, et iam iam clypeata iunctus
Atria compleat, numerosaq; turba capaceis

Cer-

Certatim ex totis Solymis currebat ad ædem.
Dumq; Sacerdotum primos, populiq; magistros
Primores, fidosq; expectant nomine scribas
In iuuenem ut consulta ferunt: qui dicere regem
Se audent, & superi rectoris stirpe creatum,
Derident vinctum, & capto populariter omnes
Illudunt pœnasq; grauis cum sanguine poscunt.
Iam cælo expulerat stellas, noctemq; fugarat
Lucifer, & Titan gelidis surgebat ab vndis.
Ad Caipham veniunt Patres, & perdere suadent
Christum euersorem legum, & præcepta nouantem,
Quæ quondam Moses populo seruanda parauit.
Exquiruntq; nouos testeis, quo crimine turpi
Conuincant, damnentq; infanda nomine pœna.
Non desunt, qui multa ferant, qui multa rependant,
In Dominum sceleratumq; imponant crimina mille.
Sed tandem adueniunt falsæ duo lumina linguæ,
Consueti infandas populis mentirier arteis.
Testanturq; illum dixisse ingentibus lingens,
Excelsumq; Dei hoc templum peruertere possum,
Et tribus hinc illud tandem renouare diebus.
Hæc, & plura alij sed erant discordia prorsus
Pectora testantum, & linguæ sententia discors.
Vnde illis Spiter nunquam responsa ferebat.
Extemplo Caiphas rabie succensus, & ira,
Compressit immitis reboantia murmura turbæ,
Tortoresq; probat sanos, facinusq; peremit.

 Laude

Laude vocat dignum et memorabile semper in annos.
Tum captum alloquitur verbis Sotera superbis:
Per viuum, æternumq; Deum, qui nutibus orbem
Concutit, adiuro, vt verbis fatearis apertis,
Num tu vera Dei supremo ex æthere proles?
Cui Soter contra; Soboles sum regis Olympi;
Et tu vera inquis, nunquamq; hæc ipse negabo.
Etiam tempus adest, vt celsi regia cæli
Concedat dextram cari genitoris, & inde
Æthere delapsum, candenti nube sedentem
Cernetis, dantemq; reis sua iura, bonisq;.
Tum rabie exarsit, furijsq; accensus, & atro
Fele Sacerdotum Princeps, spectante Senatu,
Fas licet haud fastus, & ius toleraret inaneis,
A capite ad plantas fac os lacerauit amictus,
Atque ait; En facinus proprio nunc ore fatetur;
Impia namq; Deo fecit conuicia lingua.
Quid tanti sceleris testem exquirimus vltra?
Infandum audistis crimen: se prole creatum
Cælesti, & regem superumq;, hominumq; fatetur.
Quid vobis igitur tanto de errore videtur?
Ast illi; Dignum crudeli morte putamus:
Nonne Deo quicumq; audet se fingere natum,
Fas, & iura iubent supremo funere plecti?
Interea Petrus cæcas intrauerat ædeis
Pontificis, Dominumq; procul formidine captus
Obscuras inter tenebras, interq; tumultus

Ierem. c. 36. Iud. c. 37. 4. reg. c. 19. Act. Apos. c. 12. & Leuit. c. 10. & 21. & Cardi. Baron. An. Eccle. t. 1. an. Christi 34. c. 66.

Tur-

Turbarum fuerat trepidanti corde secutus.
Hic semel, atque iterum posito de fronte pudore,
Fœmina, cui fuerat latè custodia portæ
Credita, consortem sceleris, Christiq; ministrum
Increpuit Petrum, Solymisq; hæc læta ferebat.
Petrus inops animi, turbatus imagine rerum,
Quid faciat, quò se vertat, quas aduocet artes,
Nescit. At extemplò reuocato corde negauit
Nosse virum, & nomen cari abiurauit amici,
Pro quo sponte neci modò se deuouerat ardens.
Quin etiam ingressus tectum se immiscuit amens
Pontificis famulis, & ad altum frig dus ignem
Herebat, Malcho cum sanguine iunctus ad illum,
Tu quoque, ait, socius sceleris tanti huius in horto
Nuper eras, claro te secum lumine vidi,
Ille autem audaceis animos, linguamq; potentem
Exacuens, famulis pariter mentitur, & illi
Obiectum nomen, patriamq;, & iura magistri
Nosse sui, & superos testatur voce potenti
Se non nosse virum, repetitq; hoc sæpiùs vltrò.
Eccè autem subitò cantu cristata volucris
Signa dedit, monuitq; diem aduentare propinquum,
Tum raptim Soter oculis, quibus omnia cernit,
Respexit Petrum, & pectus penetrauit in imum,
Monstrauitq; illi, quantùm discesserit æger
A Sotere suo, & detexit lumine culpam.
Ipse autem raptim tectis se proripit, atque

Christian. Adrichon. in descript. Vrb. Hierosol. nu- nu 219.

Extra vrbem cæcum recipit se tristis in antrum,
Versat ibi ex oculis ingentia flumina fletus;
Nec quicquam tardat lachrymas noctuque, diuque
Turgentes riuis, qui penitus sine fine cadebant,
Sulcauere genas, tristisque, & mæstus in vnnos
Mansit perpetuos, semperque sine ordine culpam.
Atque ea diuersa Petrus dum parte gerebat,
Pontificis iussu crudeli fune reuinctus
Extrahitur Soter, magna comitante caterua,
Præsidis ad solium, & Prætoria celsa Quiritum,
Finiret vt tandem pœnis crudelibus æuum,
Et subiret adeo pro crimine Præsidis iras.
Romuleæ Præses Pilatus ab vrbe profectus
Nomine Cæsareo Solymos ditione tenebat,
Quem penes arbitrium caussarum, et ad omnia summum
Iuserat, inque reos vitæque, necisque potestas.
Constitit ante fores Solymorum turba furentum,
Vt posset celebrare diem impolluta sacratum.
Vocibus hic crebris vulgi, & clamoribus altis
E solio motus Præses procedit in ipsum
Vestibulum, turbasque omnes miratur, & inquit:
Quid iuuenem vinclis tencentum, & mille catenis
Huc vinctum attrahitis? quo denique crimine victum
Obiicitis sceleris, vel eum quæ culpa coercet?
Illi autem rabie ardentes, cæcique furore
Hæc referunt contra: Scelerum si pessimus auctor
Non foret, haud vnquam vinclis, laqueisque reuinctum

Ad

Ad te plectendum traxisset nostra potestas.
At Praeses: Ipsi iuuenem desumite, & illum
Iudicijs, legiq; simul submittite vestris.
Turba ferox contra: Nos, Caesaris optime Praeses,
Fas, & iura vetant quenquam supponere morti.
Hic iterum augustus repetit Praetoria Praeses,
Et solio insistens, sceptroq; innixus eburno,
Intentus vultum cernens, oculosq; nitenteis,
Augustamq; hominis formam, genus esse repente
Credidit esse Dei, & sortem miseratur iniquam.
Multaq; secum agitat, tacitusq; in corde volutat,
Qua iuuenem possit captum ratione tueri,
Impunemq; sinat scissis euadere vinclis.
Atque haec grandiloquo paucis sic pectore fatur:
Es tu rex Iudae? regnum quo iure parasti?
Qui genus? vnde domo? & cur haec te vincla coercent?
Quid sceleris? quae caussa graueis deducit ad iras
Grandaeuosq; patres, populiq; ignobile vulgus?
Fare, age; nec timeas nostrae te credere dextrae.
Talia cui Soter: Fateor, semperq; fatebor
Me regem: sed enim non haec mortalia regna,
Huc veni, vt caperem, populosq; ad bella vocarem:
Idcirco non arma mei, non vlla ministri
Tela ferunt, nec me properant abducere morti.
Iussa sequor Patris; non huc ego criminis ergo
Protrahor, haud turpi mihi mens obnoxia facto.
AEthereas liqui sedes, terrasq; petiui,

Vt narrem, quæ vera fuant, abigamq; tenebras.
Sed qui de vero prodit, mea verba rependit,
Atq; audit, vocemq; meam sectatur, & implet.
Tum Præses, Verum quid, poscit; nec tamen vllum
Responsum expectat, sed turbis protinus inquit
Egressus thalamo; Nullam qua pendere pœnas
Ipse queat scelerum, & lethi miserabile fatum,
Inuenio caussam; & vestigia nulla malorum,
Multa putãs, reputansq; simul, simul omnia quærens
In iuuene hoc tanto studiosus cernere quiui.
Ast illi vnanimes iterant clamoribus altis,
Hunc populos vanis captantem erroribus ipsi
Comperimus, vulgusq; rude ad præcepta vocantem,
Quæ sibi confinxit, Solymosq; inuertit ad vsque
Extremos fines Galilææ, & cuncta refellit
Nostrorum præcepta patrum, & noua iura recondit.
Vt verò Præses Galilæo sanguine cretum
Indicijs populi, & manifesto nomine capti
Audijt, extemplò Galilæi regis ad ora,
Qui tum fortè aderat Solymorum ad sacra profectus,
Ducendum iubet, vt curis se exsoluere tantis.
Herodes lætis oculis, & fronte serena
Christum admiratur; multis namq; antè diebus
Inspicere optabat diuinæ frontis honorem.
Inde sedens solio, sceptroq; superbus adhærens,
Orat, vt immensæ virtutis munera pandat,
Seq; Deum ostendat populo, & miracula rebus

In

In tantis aliqua efficiat, vel ad ocia vitæ
Extinctas reuocet diuino numine genteis.
Sed tandem nitidos oculos tellure morantem,
Et nihil audentem contra, nullumq; ferentem
Responsum, circum præcinctum vestibus albis
Insanum vt iuuenem contempsit, & ocyùs illum
Præsidis Ausonij Prætoria ad alta remisit.
Quantùm agit excelso delapsa ex æthere virtus!
Protinus Herodes irarum ex pectore flammas
Præsidis in nomen conceptas, prole superna
Intra ædeis visa in tenueis raptim eijcit auras.
Ut verò Præses Galilæo ab rege remitti
Cognouit Christum, atque indutum vestibus albis,
Ut nullis dignum vinclis, nec dura merentem
Supplicia, innocuũ sed enim, et sine fraude repertum,
Protinus ad turbas tali sermone profatur;
Ecce modò Herodes, tanti quem cura premebat
Iudicij, Christum ad Prætoria nostra remittit,
Ut verè insontem, nec quoquam crimine dignum.
Quid faciam? Vultisnè, illum sinè fraude repertum
Dimittam incolumem? sic fas, & iura requirunt.
Ast illi, quos dira fames, quos cæca libido
Insanis scelerum stimulis agitabat, & vndis
Detecti erroris, furijsq; ferebat Erynnis,
Vocibus his teteis ora indignantia soluunt;
Tolle hominem, iam tolle hominẽ, et cruciatibus actũ
Dede neci; iam dede neci, nè crimine ab vno

Dira

Dira per incantum serpant contagia vulgus.
Interea Arctous mandato regis Auerni,
Nè mortale genus fiat super æthera notum,
Nocte sub obscura, tenebrisq; tenentibus orbem,
Præsidis vxorem letheo rore madentem,
Immersamq; graui somno in penetralibus altis
Lætus adit, stratoq; innitens talibus infit;
Ergò tuus coniux Solymorum ingentibus iris
Tantum concedet, demissam vt ab æthere prolem,
Haud vlli addictam vitio, sceleris uè capacem,
Constituatq; ream, & lethali crimine perdat?
Tu modò, si incolumen totos seruare per annos
Ipsa virum exoptas, & secum ducere vitam,
Infandum auerte exitium, nec differ in oras.
Talibus vt mulier perterrita, protinùs alto
Exsurgit thalamo, & cruciatibus æstuat imis;
Nec reperire locum valet, aut captare quietem.
Accersitq; virum, cui, sæpius antè probato
Casibus in dubijs, secreta arcana solebat
Mandare, vt ijs viro portenta ingentia, & omnem
Traductam in curis noctem, monstrisq; malignis,
Prodigijsq; feris actam, trepidoq; tumultu,
Tristis, inopsq; animi, referat, committit. At ille
Protinus excelso defert mandata Quirino.
Extemplò Præses curis ingentibus actus,
Incertus, quid agat, seu quò se d- ij; vertat.
Vt solet interdum longis radicibus hærens

Quercus

Quercus opaca ingens duplici percussa bipenni
Huc illuc agitare caput, dubitatq; cadendo,
Quam circum adnatam prosternat pondere syluam.
Sic animi Præses anceps hærebat: & inde
Digressus, turbis passim crepitantibus inquit;
Accipite hunc hominem vos ipsi, & munere vestro
Perfuncti, tandem vestræ supponite legi;
Ipse etenim haud quicquam lethali nomine dignum
In iuuene hoc tanto quærendo agnoscere quiui.
Haud nobis mactare licet pro crimine quenquam,
Turba refert, veterum sed sancta lege parentum
Effugere haud poterit violentæ munia mortis.
Hic iterum Præses recipit se in tecta Palati,
Multa putans, iuuenemq; cupit dimittere captum:
Attamen obstat hyems vesanæ gentis, & atrax
Scribarum inuidia, & Solymorum infanda cupido.
Multa animo voluit: sceptrum, soliumq; fatigat
Sed sedens; nec scit, quo nomine cæca libido
Frænari queat, aut se talibus eruat armis.
Exsurgit tandem folio, & pro tempore sumpto
Consilio, hæc turbis meditato protulit ore;
Est etiam in vinclis Barabas, quo audentior vllus
Non fuit in Solymis, nec erit sceleratior alter,
Inter inæqualem comprensus feruere cæde,
Et miseros ciues insano perdere ferro.

Et mos est vobis, consuetumq́ omnibus annis,
Annua dum redeunt solemnia sacra per vrbem,
Sontem aliquem scelerum damnatum crimine mortis
Dimitti incolumem perfractis vndiq; vinclis.
Regem igitur vultis Solymorum ad libera vitæ
Munia dimitti, an Barabam per crimina notum?
Ast illi, quos cædis amor, quos dira libido
Extimulat, totusq; in pectore feruet Auernus,
Vocibus horrisonis Barabam de carcere duci,
Affigiq; Cruci Christum sine fine reposcunt.
Ipse autem Præses, tantas leniret vt iras,
Eximeretq; simul manibus Sotera prophanis,
Se recipit sedes intra in penetralibus altis,
Nudariq; iubet Christum, Pariæq́ columnæ
Cui domus innitens sublimis ad astra tetendit,
Vinciri mandat vinclis, palmasq́ ligari
Post terga, & grauibus cruciari corpora flagris.
Protinus ecce adsunt seni ad crudele ministri
Imperium, fœdoq; armant molimine dextras.
Tum duo, queis animus cunctis crudelior, illum
In medio vinctum prospectant lumine toruo,
Quò possent flagris crudelius vrere membra,
Inde alternatim hinc, atq; hinc ingentibus ausis
Sublatis dextris toto conamine flagris
Incumbunt, sacroq́ artus per vulnera tundunt.
Haud aliter perhibent Siculis fornacibus olim
Ingentem massam validis contundere dextris
Cyclopas;

Cyclopas; tectisue ferum insultare tumultum
Grandinis; aut crebros conuellere litora fluctus,
Dum surgens Aquilo perstringit turbine pontum.
Iam circum vndabat cruor, etiã sanguinis amnes
Perpetui ex toto manabant corpore: iamq;
Stagnũ erat intra ædeis pauimẽtaq; sanguine nabãt.
Iamq; fatigati stabant sine viribus ambo.
Tortores, fessisq; alij, queis prompta voluntas,
Robustæq; adsunt immani in corpore vires,
Succedunt, dextrisq; agitant ingentia flagra.
Inde sacros adigunt properatis ictibus artus,
Et tundunt, versantq; flagris, & fulmine dextræ
Concutiunt, nullamq; sinunt per crebra quietem
Vulnera, & vnum erat in lacerato corpore vulnus.
His quoq; iam lassis gemini, qui extrema tenebant
Sorte loca, haud paruis armant se ad dira flagellis
Supplicia, & crebris feriunt ab vtraq; lacertis
Parte Deum; tantumq; agitant feritatis in illum,
Vt laceros reddant artus, fluidumq; cruorem
Vndiq; detectis retinaclis corpora fundant.
Omnis enim pietas, omnis clementia ab illis
Prorsus abest, iræ ignescunt; furor omnia uersat.
Et vis, & rabies, vecorsq; libidinis ardor
Se se absq; imperio diuina in membra profundunt.
Iam largo vndabat diuinum sanguine corpus,
Perfusiq; artus tabo, & liuentia colla,
Collaq; brachiaq;, & detectæ verbere costæ,

Et roseo crassum eiectabat ab ore cruorem.
Post hæc exsoluunt illum, penitusq; cruentum
Infandis actum flagris, circum vndiq; cingunt
Coccinea chlamyde, & laceros crudeliter artus
Agglomerant, satiantq; rubentem sanguine pallam.
Inde locant solio, & præacutis sentibus almum
Circundant caput, & tenebrant per vulnera mille,
Mille per accessus sanctissima tempora figunt.
Præterea, vt grauius doleat sanctissimus Heros,
Tortorum scelerata manus, quam Ditis agebat,
Inter fœdatos concreto sanguine crines
Calcat arundinibus, transuerso in vertice pressis,
Ingentem, infandam, & plenam feritate coronam;
Et sacros adigunt pungentia tela per artus,
Sentibus vt sentes, & spinis spina fatiscat.
Dant quoque pro sceptro nodosam stipite cannam;
Certatimq; adeunt illum, regemq; salutant,
Percutiuntq; genas; orantq;, vt proferat ore
Criminis auctorem, & populo spectante prophetet.
Viderat hæc Præses, & postquàm signa per artus
Nulla hominis nouit, satiatum ignobile vulgus
Satq; superq; ratus, rostris sublimibus illum
Constituit, lacerosq; artus ostendit, & inquit;
En, Solymi, horrendum lacerato corpore monstrum
Inspicite; Ecce homo: & iam tantis mitescite factis.
At fera turba canum vastis clamoribus auras
Impulit vnanimis, resonatq; vlulatibus æther.

Vede

Dede Cruci, iam dede Cruci, conclamat; & illum
Dede Cruci, insano repetit clamore per aulam.
Tum præses. Quid enim patrauit criminis ille,
Debeat vt tantos tolerare in morte dolores?
Rex ergo vester crudelibus occubat vmbris?
At Solymi contra. Fœdo si crimine vitam
Iste per hanc oram haud temerasset sancta potentum
Iussa Sacerdotum, nunquam ad tua limina vinctum
Ducendum nobis posito custode dedissent.
Rex autem haud vllus nobis, nisi Cæsar, habetur.
Imò etiam hunc hominem, qui se cælestibus ortum
Asserit, & regem per plurima crimina fecit,
Si incolumem totum patieris abire per orbem,
Cæsaris hostis eris: prohibet nam lege tributum
Vllum illi ferri, & peruertit Cæsaris omne
Imperium, & tantum delet per sæcula nomen.
Contremuit Præses audito nomine summi
Principis, & quanquam Solymos confingere tantum
Credebat crimen, quò Christum perdere quirent,
Multa tamen metuens, plenus formidine pectus,
Denique crudeli tradendum destinat aræ.
Sic ratis interdum supremo in gurgite ponti
Immaneis superat fluctus, & negligit Euros;
Sed si surgat atrox Aquilo, tum protinus illa
Excutitur, totumq; agitata per æquor, & vndas,
Illisa in scopulos inopina morte fatiscit.
Vt tamen inuitum monstret se tanta parare

Supplicia insonti, & nulla io pietate moueri,
Consedit solio, & sacris insignibus vtens,
Contestans facinus penitus, penitusque nefandum
Se se aggressurum; & nullo medicabile facto,
Poscit aquas palmasque lauat, dehinc talia fatur;
Me caede hac vna impollutum in saecula testor;
Testor & hunc hominem penitus sine crimine iustu
Haud meritas sancto subiturum corpore poenas.
Sed vos triste nefas, Solymi, vos dira manebunt
Supplicia, & vestri pendent haec fata nepotes;
Et cunctis magno stabit sine crimine sanguis.
Ast illi haec contra; sanguis teterrimus iste
Nos super exardet; nostrosque ex ordine natos
Expleat, & memores ventura in saecula reddat.
Post haec Pilatus reserato carcere mandat
Dimitti Barabam, & Christum permittit agendum
Turbarum arbitrio; & curis se se exuit hisce
Implicitis, tandemque altis se se aedibus infert.
Illi autem extemplo manibus Sotera prophanis
Arripiunt, humerosque rubenti muryce nudant;
Atque cutim cum veste trahunt, concretaque multo
Viscera dilaniant subtracta sanguine pallia.
Restituuntque illi tunicam, laceraque toto
Corpore membra tegunt; iterumque, è corpore pleni
Sanguine funduntur riui, & per viscera currunt.
Hi vellunt manibus crines, hi verbera figunt;
Hi funes, hi vincla trahunt, retrahuntque virissim

Multi etiam sacros vultus, faciemq́; verendam
Ore spuunt, fœdatq; acuunt ad iurgia linguas.
Illudunt, spernuntq; alij, temerataq; iactant
Imperia, & nullis parcunt per crimina factis,
Certatimq; vocant regem, regemq́; salutant.
Talia dum Soter taciturno pectore suffert,
Itur in antiquam syluam sub mœnibus vrbis
Ad gelidas Cedrontis aquas, vbi plurima vestit
Florentes ripas ramis fœlicibus arbos,
Vt tormenta parent, Soter queis deniq; fixus
Perferat infandos extrema in morte dolores.
Proditor at Iudas latè dum talia vidit
Cœlesti genitore satum, dominumq; potentem
Perferre, & nullis satiari finibus iras,
Indoluit patrasse nefas, & protinus intrat
Atria Pontificum, & furijs agitatus Au.rni
Retulit acceptum argentum, & dehinc talia dixit,
Peccaui (heu fateor) Dominum dum nulla merentem
Supplicia in vestras (facinus damnabile) dextras
Proditione dedi & me gessi, vt perfidus hostis.
En vobis reddo argentū. Quid agam? omnia clamant
Vindictam. Tantum est facinus, quod nuper amaui.
Vt nullam merear veniam, aut adhibite quoquam
Supplicio existat, vel sit reparabile pœna.
Haec tantum effatus, porta digressus, & vrbe,
Prospicit ingentem Sicomorum brachia circum
Tendentem, & latè fœlicia poma gerentem.

Christian. Adrichom. in de scrip. vrb. Hierosol. nu. 234.

Accedit, captatq; oculis immitibus aptum
Esse locum, vt facinus scelerato fine rependat.
Grandia deinde ligat transuerso vincula ramo;
Inserit atque caput, tandemq; elatus in auras,
Raptim onus infœlix elisa fauce pependit.
Rumpitur hinc medius, diffusaq; corporis extra,
Visceraq; ex laqueis tenueis sparguntur in auras;
Et mansit toto factum memorabile mundo.
Pontifices autem, precium cum sanguinis illud
Argentum extaret, thesauro reddere sacro
Fas, & iura volunt nunquam concedere cuiquam.
Vnde agrum iuxta fluuium, quem nomine Gion
Indigenæ appellant, cumuli mercantur in vsum
Gentis, quæ sanctam quondam conuiseret vrbem.
Cinxerat hunc medium muris sublimibus olim
Principis imperij genitrix, & desuper altas
Septem confecit patefacta mole fenestras,
Christiadum vt subter demissa cadauera paruo
Tempore conuersa in cineres super ossa manerent.
Hanc quoque virtutem tellus transmissa per vndas
In Vaticano conseruat colle reposta.
Respuit Æneadas, peregrinaq; corpora raptim
Puluereum in cinerem (dictu mirabile) vertit.
Extemplò fabri redeunt, & robore secto
Ingentem struxere Crucem, transuersa cohæret
Oblongo malo pars altera, & altera, sursum
Quæ tendit, latè super asseritur in auras.

Christian. Adrichon. in descriptio. Vrb. Hierosolym. nu. 210.

Crucis periphralis longitudinis 15 pedum, latitudinis verò 8.

Christian. Adrichon. in descrip. vrb. Hierosol. nu. 121.

Sup-

Supplicij ferale genus, quo crimina reges
Plectebant, sonteisq; infami morte necabant;
Difficiles miserorum obitus, longiq; dolores.
Protinus armantur iuuenes, clypeataq; turba
Conuenit, & varijs armorum lusibus instant.
Nec pedites, equitesq; absunt, passimq; per orbem
Discurrunt, dextrasq; adigunt, & spicula vibrant;
Et sese hortantur, si quæ certamina subsint.
Cuncta armis, sonituq; replent; clangorq; tubarum
It cælo, & varijs clamoribus insonat æther.
Qualis cum trepidam festinus passibus vrbem
Impetit hostis atrox, & muro se arduus infert,
Ut scandat pinnas, populumq; in vincula ducat.
Talis erat strepitus; Solymos qui agitabat, & omnem
Implebat varijs passim clamoribus vrbem;
Seq; viæ tandem toto conamine mittunt,
Ut reddatur iter facile, & super omnia tutum.
Militiæ vesana cohors sublime capessit
Tormentum, & quantum syluæ intractabile lignum
Continet, hoc sanctis humeris cum crimine totum
Imponit, verbisq; obiectat, & imputat illi.
Pondere sub tanto pressus sanctissimus Heros
Concutitur genibusq; cadens pro mole labascit.
Ut tamen exiguæ lacerato in corpore vires
Ferre queunt, tanti tolerat tormenta furoris,
Et se se extollit, patienterq; omnia suffert.
Continuò lecti ad crudelia facta ministri

Praecedunt partim, & vinclis Sotera reuinctum
Ducunt, & multi funes contingere gaudent,
Partim autem ad latera & pugnis, & fustibus vrgent
Dirũ ad supplicium, et remouent, quaecunq; putantur
Ferre moras aliquas, aut segneis nectere caussas.
Turba autem sequitur post terga, & vocibus altis
Conclamat, Christoq; facit conuicia, & ipsos
Hortatur socios, properent deducere captum
Extra vrbem, & poenis tandem cruciatus amaris
Infaelicem animam ad crudelia Tartara mittat.
Huc passim coeunt rastris, agrisq; relictis
Agrestes, totis fluunt regionibus vrbis
Et plebs, & populus: fremitu, & clamore supremo
Omnia complentur, resonatq; tumultibus aether.
Hic currus, haec pompa Deum comitatur ad altum
Excelsum Crucis, vt redimat de faucibus Orci
Humanum genus, & referat super ardua caeli
Sydera, vt aeternam degat per saecula vitam.
Bis quinq; passus vix iam processerat agmen,
Cum cadit ecce, iterum Soter, nec sustinet artus
Semianimis, tristisq; gemit sub pondere vasto;
Attamen erigitur vinclis protractus amaris;
Viq; potest, properatur iter, circumq; ministri
Litibus

Viribus intentis adigunt extendere passus.
Quadriuium attigerant Pharisæi ad tecta Simonis,
Cum venit, eccè, animo genitrix mœstissima, secum
Bethanæ Dominam ducens, cœtumq́ sororum,
Quas amor, & pietas, ad munia tanta trahebant.
Nam postquàm Abiades, iuuenis sanctissimus, ægris
Opprobrijs Dominum vidit crudeliter actum,
Desertum à socijs, Iudæiq́ furentibus ausis
In sæuas venisse manus, vt sanguine sancto
Fœda Sacerdotum satiata recumberet ira,
Protinus ad sanctæ genitricis retulit aureis
Cuncta volans, redijtq́ comes mœrore solutus.
Vtq́; hominum insanos exaudiuere tumultus,
Mœsti omnes tenuere gradum; venit, eccè, repentè
Et cruce, & infandis oneratus funibus inter
Immanes Soter turbas ad pessima tractus
Supplicia, vt saturet Solymorum inglorius iras.
Ille ægros tollens oculos respexit amatam
Et matrem, & comites, flammasq́ iniecit amoris
Intra animum, atque abijt raptim subtractus ab illis.
Hic quoque post annos tercentum nobile templum
Extruxit regina, pium vt memorare minores
Hoc possent factum, atque omneis seruare per annos.
Subsequitur genitrix agitata doloribus imis,
Et gemit, & passim lachrymarum flumina versat.
Et lugent comites, & toto corde Ioannes
Æstuat, & Dominum quòd non defenderit, odit.

Christian. Adrichon. in descrip. vrb. Hierosol. nu. 123.

Ventum erat ad biuium, vasto cum pondere pressus
Soter multa gemens iterato concidit ictu.
Turba illum extollit, metuensq; furore supremo,
Ne ruat, & pœnis liuentia viscera desint;
Compellit trepidum redeuntem rure Simonem
Sumere tormentum postrema in parte gerendum,
Vt iuuet, & duro sustollat pondera tergo.
O fœlicem hominem, & tum terq; quaterq; beatum,
Cui graue cum Christo ad sublimia culmina montis
Contigit in turba tergo deducere lignum?
Ipse autem tanta tum paullùm mole leuatus
Christus iter properat, stimulantibus vndiq; turbis.
Progressusq; parùm, Mulier sanctissima casum
Commiserata grauem summa procedit ab æde,
Et capitis peplo Christi sudore fluentem
Sanguineo frontem detergit sedula, nullum
Tum verita opprobrium, aut pauefacta procacibus a(mis.
Ipso autem in peplo signata remansit imago
Diuini vultus, fluitanti aspersa cruore.
Miratur mulier, seruatq; in sæcula, & illud
Supplicibus votis sanctas veneratur ad aras;
Donec ad Ausonias delatum nauibus vrbes
In Vaticani suprema parte locatur
Omnibus antè oculos sancto de more colendum.
Iamq; iter emensi, veteri quod clauditur vrbe,
Portarum pauimenta premunt, queis nomina fecit
Iudicium, hic priscis celebratum pluribus annis.

Berenice, vel Veronica dicta é. Metho. Episcopus apud Marian. Scot i Chron. an. D. 39. & Card. Baron. An. Eccl. t. 1. an. Christi 34 c. 1 . . & Chri Adrichon in descript. Vrb. Hierosolym. nu. 44.

Hic

Hic iterum Soter pedibus defessus, & æger
Pondera tanta gerens, lorisq; agitatus iniquis
Concidit, & terram diuino corpore calcat.
Nil tamen hoc miserata cohors, compellit ab alta
Surgere humo, & vinclis liuenteis excitat artus;
Et premit, & calcat pedibus, manibusq; prophanis
Cogit iter properare gradu, penitusq; fatigat:
Nec mora, nec requies; supremis finibus instant.
Iam porta exierat Soter, & strata viarum
Calcabantur equis, magna stipante caterua.
Et campi, & colles circum, vallesq; propinquæ
Visentis populi resonabant vocibus altis,
Contigerant biuium properatis pussibus, vnde
In Silo, & Gabaon, nec non ad culmina montis
Tenditur, inque vias se se illinc diuidit ambas.
Hic chorus astabat timidarum ad singula matrum,
Quæ Solyma egressæ, vt crudelia facta viderent,
Assiduo fletu, & fœmineo ploratu
Aetherei iuuenis sortem miserantur iniquam.
Præteriens Soter, oculis, quibus omnia cernit,
Despectauit eas, & talia protulit ore;

Christian. Adrichon. in descrip. vrb. Hierosol. nu. 248.

Heus Solymæ matres, lachrymas ne fundite tantas
Me super; at vobis, super & super omnibus illis,
Quos vobi nuper genitos misistis in auras,
Fundite perpetuas lachrymas, & flete perenni
Tempore; nam veniet, quod non procul auguror esse,
Illa dies, steriles quando, & sine prole beatæ

Dicentur, fœlixq; omninò pectoris artus,
Unde vsum haud vllum sumpserunt vbera lactis.
Tunc etiam vastis dicetis montibus omnes,
Surgite, & in nostros descendite corporis artus,
Nosq; operite simul, nè nomina nostra supersint.
Nam si comburunt viridantia robora tandem
Qua flamma exurent siccum de cespite ramum?
Vix hæc ediderat, manibus cum tractus iniquis
Tendit iter properans, nec abest solertia turbis.
Iamq; ascendebant collem, cui nomina fecit
Multorum capitum Caluaria forma; quòd omnes
Auctores scelerum pœnas ibi morte luebant,
Cum cadit, eccè, iterum Soter compressus iniquo
Pondere, & extractus multarum errore viarum.
Turba furens rabie tum protinus abstrahit illum
E terra; & tractis compellit stare catenis.
Haud secus interdum gracilem conuellere plantam
Alpini circum iuuenes ad citùs instant;
Illa autem nullis hærens radicibus altùm
Viribus indomitis confestim sedula cedit,
Perq; humileis agitur glebas, & calce mouetur.
Inde iter accelerant, montisq; cacumina tandem
Contingunt, totumq; iugum texuere phalanges;
Et circum armato montem custode tuentur.
Tum fera turba canum coeunt, Christiq; repentè
Denudant humeros, totumq; à vertice corpus;
Cumq; leui tunica liuentia viscera ducunt.

Christian. Adrichon. in descriptio. Vrb. Hierosolym. nu. 35.

Vnde

Unde iterum, atque iterum properato flumina cursu
Magna fluunt, totoque exit de corpore sanguis.
Neue fugam arripiat, (tantum dementia creuit,
Hoc etiam vt Christo patiente extrema timerent
Immites turbæ) manibus post terga reuinctis
In duro tandem cogunt considere saxo,
Expositi vt cælo, gelidisque Aquilonibus artus
Dirigerent, totumque horreret frigore corpus.

Inuocatio.

Hic tu, qui totum reserasti numine cælum
Spiritus, vt tantos toleraret morte dolores
Æterno genitore satus, da posse referre
Infandum Christi cruciatum, & barbara facta
Iudæum; tetris etenim mens icta labascit
Supplicijs, magnoque dolorum fluctuat æstu:
Et recolo haud vnquam tantarum pondera rerum,
Quin geminis oculis humentia claustra relaxem;
Ergo tu vati largire hoc munus ab alto,
Atque ægras refoue vires, dum talia voluo.
Omnipotens Genitor, nutu qui temperat orbem,
Æthereis oculis natum spectabat ab alto
Perferre infandos extrema in morte dolores;
Cuncta tamen lætus tolerabat, vt ocyor Euro
Inferret cælo partam per vulnera prædam;
Optatumque ageret, subter labentia mundi
Sydera prospiciens, palatia ad alta triumphum.
Illi autem astabant circum fulgentibus armis
Instructi proceres, ad regia iussa parati.

Hic Dominum cuncti contento lumine cernunt,
Atque graueis auido miserantur pectore pœnas;
Sed mandata Patris tacitis assensibus implent,
Vt videant superas compleri gentibus ædeis.
Interea expediunt studiosi ad cuncta ministri
Instrumenta necis, sceleris monumenta nefandi.
Hi Crucem humi extendunt, solidæq; ingentia terra
Brechia confirmant, nè vanos malleus ictus
Reddat, & incœptos frustretur fine labores.
Treis illi ingenteis clauos, queis pondera centum
Mulciber adiunxit, grauiora vt verbera ferrent;
Treis alij ingenteis massas, & pondera ferri
Conspectum in medium facta ad crudelia promunt,
Malleus vnde triplex lassaret pondere dextras.
Tres verò, haud paruæ queis sunt in corpore vires,
Effodiunt apicem supremi montis, vt altam
Immittant intrò constructam ex robore molem.
Quidam autem, vt veterem seruaret ad omnia morem
Supplicia in Christo, mirrhati pocula vini
Obtulit; ille tamen dulcem gustare liquorem
Spreuit, & auerso confestim respuit ore.
Talibus, atque alijs ad barbara facta paratis,
Turba ministrorum stimulis grauioribus ardens
Eumenidum, & penitus vesano concita motu,
Arripit extemplò Christum de marmore, & illum
In latera extendit resupino corpore ligni.
Sic quoque nonnunquam catulis sub monte relictis
Insa-

Insanum stimulante fame per saxa luporum
Fertur in arua furens agmen, sparsumque per agros
Armentum aggreditur, passimque animalia sternit,
Ore trahens, satiatque imbelli sanguine terram.
Tum duo, queis vires promptae, & robustior aetas,
Arripiunt manibus dextram; atque in stipite duro
Imponunt, clauumque adigunt super ictibus altis
In numerum, saeuoque affigunt denique ligno.
Dehinc aliam in partem, salit in contraria facto,
Prosiliunt, leuamque manum sub parte sinistra
Tormenti extendunt, retrahuntque ad signa lacertum
Vulnere contractum dextrae, neruisque remissum;
Dein clauum arreptum crebris super ictibus altùm
Et terebrare manum, & lignum transfigere cogunt.
Quatuor inde alij, facta ad maiora vocati,
Succedunt, rapiuntque pedes, vinclisque trahendo
Stipitis appositum cogunt contingere signum:
Inde superponunt illos, clauoque tenaci
Transfigunt; creberque ferit tum malleus auras
Tergeminis actus dextris, & pondere vasto,
Donec cum pedibus traiectum robur adhaesit.
Qualis in Aetnaeo resonat spelunca recessu,
Cum solidis fratres membris, validisque lacertis
In numerum tundunt versatam forcipe massam.
Centum alij astabant, qui postquàm robore fixum
Conspexere hominem, raptim conamine toto
Excipiuntque Crucem, et sublimem ad sydera tollunt.

De-

Deinde etiã in foueam, quantũ est cum pondere robur,
Proyciunt, repetuntq; iterum, & cũ pondere quassant.
Concussum intremuit sacratum in stipite corpus.
Excussaq; horrore manus, agitataq; ceruix
Acta est in praeceps, & nulla in parte resedit.
Hac quoque sub terra, qua fixum robur in auras
Tollitur, heroum perhibent monumenta, sepultum
Humani generis primum iacuiße parentem,
Vnde atrox scelus vt deleret sanguine puro.
Hic voluit [illegible]oter sacrum conscendere lignum.
Orbis & hoc medium legit sanctißimus heros,
Vt genteis omneis passim exæquata iuuaret.
Immanis tandem lethi crudelis imago
Vtq; figuraret Crucis hoc sub pondere Christum
Crudeleis pœnas passurum tempore quodam,
Maximus Abramus cali sub vertice montis
Vnigenam prolem pecudum de more sacrandam
Obtulit, & monti tribuit memorabile nomen.
Huic ci cum geminos dextra, læuaq; latrones,
Quos ad supplicium cædes, & furta vocabant,
Affigunt Crucibus, pœnas vt morte rependant,
Celsior ipse loco medius ceu doctior esset
Hortator scelerum, fraudisq;, doliq; repertor.
Ergò vt suspensus nulla pietate moueret
Humanos animos, Romano à Præside raptim
Legati referunt ligno ex candente tabellam,
Hebrais, Graecisq; notis, verbisq; latinis

Ex-

Exscriptam, & claris impressam stipite signis:
Huic nomen, patriamque simul regnumque, necisque
Exsculpsit caussam, ut fieret per sæcula notum;
Imponuntque super caput, affiguntque supremo
Tormenti trunco, ut nunquam delebilis extet.
Hoc quoque conspectum priscis, (mirabile dictu)
Dorsum urbi inuersum, atque oculis spectasse iacentes,
Occiduosque locos, quò demque sedis honores
Transferret sanctæ, & supremas conderet aras.
Ast qui conueniunt, grauiter conuicia dicunt;
Certatim irrident omnes, ac vertice nutant;
Qui potes ingentis muros excindere templi,
Marmoreamque iterum triduo componere molem,
Sublimem, vah, linque crucem, te redde saluti,
Cum iam defunctos vita reuocaris ab Orco.
Interea, amoto circum custode viarum,
Accessuque satis patefacto ad culmina montis,
Ecce nurus adsunt, quarum Sanctissima Virgo
Se sociam, & comitem, & ductricē ad singula præbet.
Ante alias passus properat, vixque ipse Ioannes,
Et pia turba Illam gressu comitatur euntem.
Iamque ascendebant collem, cliuumque tenebant,
Cum videt antè pedes Virgo mœstissima nati
Dispersas vestis per opaci culmina collis.
Constitit exanimis, diroque exterrita casu
Stat super, & paullùm lachrymis, & mente morata,
Has tandem exprompsit mœrenti ex pectore voces;

Dul-

Dulces exʃuuiæ, dum numina ʃancta ʃinebant,
Et nati haud paruum indubitati pignus amoris;
Sed mihi non taleis quæʃitum munus in vʃus.
Quid merui, vt ʃparʃas diuerʃa in parte viderem
Vos procul à nato, & concreto ʃanguine plenas?
Talia voce refert, trepida cum turba iuuenta,
Inʃanumq; hominum vulgus, cui crimina curæ,
Et vis, & rabies, & amor ʃceleratus habendi,
Et tunicam, & veʃtem properanter ʃurripit, atque
Quatuor in parteis ʃtricto tenuiʃsima ferro
Veʃtimenta ʃecant; tunicam ʃed auariùs æquo,
(Inconʃutam etenim genitrix ʃanctiʃsima fecit)
Oʃsibus in ludum coniectis, ʃortibus aptant.
Ipʃe autem Soter ʃublimi in robore pendens
Cunctorum opprobria, & ʃæua conuicia linguæ
Et vultu haud triʃti, & ʃedata mente ferebat;
Proq; illis orans fulgentia lumina cælo
Suʃtulit, ac tali Patrem ʃermone rogabat;
O Pater omnipotens veniam concede benignus
Huic populo, & facinus penitus dimitte neʃandum;
Nam, quid agat, neʃcit; nec recto lumine mentis
Vtitur; vnde mihi tantarum incendia rerum
Extruit, & lethi tormenta ʃuprema miniʃtrat.
At latro immanis, pendens à parte ʃiniʃtra,
In iuuenem cælo miʃʃum detorquet amaros
Ore ʃonos, dictisq; feris Sotera laceʃsit.
Arguit illum alter, dextre de ʃtipite pendens,

Cui

Cui semper fuerat melior sententia menti;
(Nomen erat Dimas, Superis gratissimus heros)
Atque ait; ipsi equidem nostro pro crimine pœnas
Commeritas luimus; sed abest à turpibus iste
Criminibus, fecitq́ nihil, quò talia ferret.
Cui Soter; Hodie fies super æthera notus;
Esto alacris; capies mecum cœlestia regna
Hæc inter Genitrix, cœtu comitata suorum,
Summum apicem ascendens, affixum in robore duro
Prospexit natum iam iam postrema ferentem.
Hic raptim extremus gladio penetrauit acuto
Corda dolor, sanguisq; immisso frigore mansit;
Et stetit, vt Parium spatiosa per atria marmor,
Cui vigor, & virtus absit, sed imagine tantùm
Humana effulget, penitusq́ immobile perstat.
Ter quinque, atque tribus gradibus distabat ab alto
Stipite, cum Soter mœstam, & sine fine dolentem
Prospiciens oculis Genitricem, talia dixit;
Eccè tuus, Mulier, natus. Tua, deinde Ioanni,
Ecce, inquit, mater. Quod et ordine protinus actū est.
Cum verò extremos pateretur mente dolores
Soter, & nulla turbato in corde voluptas
Esset ob accensas Solymorum ardoribus iras,
Sol casum infandum pleno miseratus amore
Naturæ auctorem luctu defleuit amaro;
Cumq; altum curru nondum pulsaret Olympum,
Euocat vnigenam extremo ex Oriente sororem.

Matt. cap. 27. Marc. cap. 15. Luc. cap 23. Orig. i Matt. tract. 35. & contra Cels.

Ingratis cinctam radijs, & iniqua timentem
Saecula, & opponit maestae tum denique fronti,
Atque caput subito nitidum velamine texit,
Deposuitq; aeger radios, & luminis vsum,
Vt tenebrae raperent oculis caelumq;, diemq;,
Nataleis Dominum spectaret ferre labores.
Luna quoque, insolita quanquam regione maneret,
Haud potuit tolerare nefas, fratriq; dolenti
Obiecta, infandos ne cerneret aegra dolores
Diuini Herois, caeli cui sydera parent,
Obduxitq; caput tenebris, penitusq; recessit:
Vnde etiam aeternam timuerunt saecula noctem.
Tunc Deus, humana patiens sub veste dolores,
Luctisonos gemitus duxit de pectore, & inquit;
O Pater Omnipotens, quid me sub pondere mortis
Deseris? Intremuit caelum, totusq; repentè
Aligerum iuuenum caetus concurrit ad arma;
Arma vocat, vocat arma ferox, vt tollat ab alto
Stipite pendentem, & referat super aethera Christum.
Ipse autem Gabriel, summi qui arcana Parentis
Detulit in terras Iessaeae ad Virginis aedeis,
Infremuit, talisq;, inquit, mihi pugna sinatur,
Cui quoque caussa ortus Patris pro munere cessit.
Ille autem summa armatus pietate Michael,
Fulmineum vibrans spectatis viribus ensem,
Imò, inquit, detur tantarum iniuria rerum
Vlciscenda mihi, qui quondam sedibus altis

Lib. 2. Euseb. in Chron. an. Christi 33. Tertull. in Apolog. Lucia. in actis sui mart. Hieronym. in Ioel. c. 2. August. lib. quaest. nou. test. q. 105. & & Ep. 80. Franciscus Baroc. Cosmographa. lib. 4. c. vlt. in fin. & Card. Baron. An Eccl. t. 1. an. Christi 34 c. 101. 102. & 103.

In-

Indomitum Satanam deieci ductor ad Orcum;
Et cui mille acies diuersa in parte iacebant,
Hac dextra euictæ prostratis omnibus armis.
Quisq; suas præsentat opes, quisq; impiger atros
Hos auet auctores scelerati perdere facti,
Et totum penitus Solymorum extinguere nomen.
At Pater Omnipotens, tantos ubi sensit in alto
Consieri motus, raptim reuocaret vt illos,
Terrificam capitis concussit terq; quaterq;
Cæsariem, cum qua terram, mare, sydera mouit;
Inde manu, & dictis compressit murmura, & inquit;
Cælicolæ, nostra est hæc cura, & nostra potestas
A nostro nato tantos auertere casus.
Et quanquam trepidat tantæ sub pondere mortis,
Haud tamen horrescit tantos perferre dolores:
Mens immota manet, nec eum dolor iste retardat,
Quominus has toleret lacerato in corpore pœnas,
Vt genus humanum redimat de faucibus Orci.
Vos autem interea positis fulgentibus armis,
Aspicite hanc pugnam, et mecum expectate triumphũ
Hic iterum exclamat celso de stipite Soter;
Heu sitio, & fauceis vix hæc in verba resoluo.
Tum cuidam arripitur sceleratis spongia palmis,
Et tristi felle, & veteri circunlita aceto,
Corrupta hyssopo, & tetro vitiata sapore,
Inseriturq; cauis gracili sub arundine cannis,
Obiciturq; ori, vt tingat sitientia labra.

Cum verò Soter laticem persensit amarum
Respuit, ac taleis effudit in aera voceis;
Iam consummatum, iam ritè ad vota litatum est.
Post hac ad Patrem lachrymis ita fatur hortis;
Ipse tuis manibus, Genitor sanctissime, reddo
Hanc animam, & vita commendo hac vltima nostra
Tempora. Sic fatus, tristis spiramina vita
Explicat, inque humerum ceruix deflexa recumbit.

Libri vndecimi Finis.

SOTERIDOS

Libri Duodecimi.

ARGVMENTVM.

NATVRAE auctorem crudelia facta ferentem
Casibus æternis deflet Natura per orbem.
Tertia dumq; dies Phœbeos excitat ignes,
Ille triumphator tumulo consurgit ab alto,
Ingenti præda, & spolijs decoratus opimis.
Atque vbi se socijs monstrauit sæpius vltro,
Ad cœlum redit, & socijs immittit amatis
Æthereum Numen, sub quo Roma aurea surgit.

SEBASTIANI MACCII DVRANTINI SOTERIDOS

Liber Duodecimus.

NATVRAE auctorem, Dominumq; Deumq; potentem,
Concussum extremo casu, & cruciatibus imis,
Dum iuuenis periens florentes duceret annos,
Aegra tulit tellus, miserataq; mente dolorem
Signa dedit luctus, & tristes induit iras.
Ecce omnis quatitur terrarum tractus, & alto
Excutitur totus tremefacto pectore mundus.
Concussi horrescunt montes, & vertice nutant,
Saxaq; scissa ruunt, & iniquis motibus Alpes
Contremuere solo, & tanti formidine casus
Nunc etiam opposita bellum exercere videntur.
Nam prope Caietam mons traxit summus hiatum

Card. Baron. Ann. Eccl. t. 1. an Christi 34 cap. 107.

Her-

Horrendum, ingentem; cuius monumenta per orbem
Translata aeternam fecere in saecula famam.
Sensit & ingenteis casus Aluernia rupes;
Nam mons verticibus petit arduus astra duobus,
Motibus his trepidis diuersa in parte locatus:
Unde memor tanti excessus, quem rector Olympi
Pertulit, hic sacros meruit Franciscus honores.
Nos quoque praeruptas Foruli sub montibus altis
Prorsus inaccessas spectamus tendere moleis
Sub nubem, & summo contingere vertice caelum;
Hoc forsan casu discissae montibus horrent.
Imò etiam rupes Christi de parte sinistra,
Saeuus vbi affixus pendebat in aere latro,
Contremuit, penitusque cauum patefecit hiatum
Terrarum intra vterum, sceleratáque viscera Ditis;
Seruat ad huc monumenta locus, casumque tremendum
Hinc Ephesus, Sardisque ruit, secumque potentes
Quinque ruunt aliae celsis cum moenibus vrbes
Funditus euersae; & populata tremoribus arua
Intra Asiae fines trepidum sensere tumultum,
Confractaeque cadunt turres, ac tecta domorum
Procumbunt, magnaeque ruunt cum sedibus aedes.
Cumque suis monstris tremuit sub gurgite pontus.
Ipsum autem Aulaeum, templi in regione locatum
Ante Tabernaclum, quo Candelabra manebant,
Mensaque, & ex auro Panchaeae thuris Acerra,
A summo in parteis geminas laceratur ad imum.

S. Bonauentura in eius vita, cap. 13. & Card. Baron. in Martyrol. Rom. die 17. Septembris.

Euseb. histor. Eccle. lib. 9. c. 6 & Christia. Adrichom. de Vrb. Hier. descrip. num. 252.

Plin. nat. hist. lib 2. cap. 84. Dio lib. 57. Suet. de nost. calam. cat. ff. lib. 5. Enûc. 1. & Card. Baro. An. Eccl. t. 1. an. Christi 34 c. 107.

Luc. c. 23. Io. c. 19. Ioseph. de bell lib. 6. c. 6. & Cardi. Bar An. Ecc. t. 1. an. Christi 34. c. 106.

S. Ephrem Syrus de Pass. Dom.

Inde etiam raptim visa est exire Columba,
Cuius in effigie sanctissima templa tenebat
Spiritus æthereus, Solymosq; augebat honore.

Hierony. Epi. 150. q 8.

Et templum intremuit, limenq; à parte suprema
Corruit hoc casu; & visi discedere templo
Sÿx rei iuuenes, pariter custodia sancti.
Has etiam auditi properantes fundere voceis.
Sedibus his tandem externas abeamus in oras.

Matt. c. 27.

Ingentes etiam templi meminere columnæ
Hoc factum, in plureis diffecto marmore parteis.
Multa quoq; extra vrbe vete ũ monumẽta parentũ
Contremuere solo, patefactaq; protinus in auras
Exprompsere patres, quorum pallentia sæpè
Visa sub obscurum noctis simulachra per vrbem.
Non alias cælum ceciderunt plura per altum
Fulgura, nec diri toties arsere Cometæ.
Armorum sonitum cælos tum quisque per omneis
Audijt, insolito tremuerunt sydera motu.
Est quoq; tunc veritum, ne immensi machina mũdi
Dissceret, & penitus moles operosa labaret.
At Solymi proceres, quiq; alto in monte manebãt,
Visibus horrescunt subitis, trepidiq; timore
Infandum exitium, postremaq; sæcula remur.
Multi etiam haud dubijs animis, & pectore credunt
Æterno genitore satum aduenisse salutem
Pacigeram, toties promissam vatibus olim.
Vnde etiam miles, ductor legionis, amaro

Antea

Anteà felle tumens (Longinum nomine dicunt)
Illo fortè loco patiens intrare per artus
Aethereas flammas, lumen, verasq́; recepit
Relligionis opes, Christumq; exinde per omnes
Vulgauit terras, & ad ocia sancta migrauit.
Sed quos dura premit tanti inclementia casus,
Iurgia, & horrenda iaciunt conuicia linguæ
In Christum, comitesq; eius, legesq; nouatas:
Et læti penitus populorum incendia gaudent
Sub tanto extinxisse viro, & peperisse salutem.
Iam Tartessiaco properabat Vesper Olympo,
Maxima cum Solymi legum vt præcepta senerent,
Neu; diem sanctum vitiarent corpora tabo,
Suspensa ad ventos, permissu Præsidis ibant
Extra vrbem, vt duro remouerent denique ligno.
Vt venere, vident dextra, læuaq; latrones
Viuere adhuc, tandemq;, vt ad vltima munia vitæ
Approperent, rapiim confractis cruribus illos
Interimunt, vitaq; supremum abscedere cogunt.
Cum verò ad Christum fœdissima lumina vertunt,
Exhalasse vident tristis spiramina vitæ.
Hic rabie accensus, furijsq; agitatus, & ira
Intrepidus miles, Christum iam munere vitæ
Aegreferens functum, vt vomeret super ossa venenū,
Fraxineam vibrans supremis viribus hastam,
Aggreditur, dextrumq; latus crudeliter altum
Transfodit, & vastam secreta ad corda fenestram
Exigit;

Matt.cap. 27. Marc.cap. 15. Luc.c. 23. Io. c.19.& Cōcor. Eu. 144.
Deut.cap.21. Phillo de special. legib. & Card. Baron. An. Eccl. t.1. an. Chtisti 34 cap.119.

Exigit; vnde omnis tenui permixtus in vnda
It cruor, & totum remanet sine sanguine corpus.
Extemplò Genitrix animum super omnibus vna
Intrepidum retinens, natum venerata, cruorem
Colligit vndantem, atque vndanteis colligit vndas.
Vtq; memor sancti retineret pignus amoris,
Excelsum hoc donum cunctos seruauit in annos.
Quidam etiam vidisse ferunt pendere per auras
Aethereos iuuenes circum venerabile lignum
Plaudenteis alis stillantemq; vndiq; rorem
Suscipere, & superas pateris perferre sub auras.
Interea Ioseph, veniens Arimatide terra,
Soteris comes, & cui mens non laeua manebat,
Diues agri, & diues pecorum, & ditissimus auri,
Virginis hortatu Romano à Praeside Christum
Audacter petijt, tumulo quod vi abderet aequo,
Expectatus adest; Nicodemusq; optimus heros,
Quem nuper Solymi multò meliora monentem
Exclusere adytis, atque extra moenia pulsum
Assiduis odijs varias egere per vrbeis,
Ecce venit secum, vt venerabile corpus amici
Suscipiat, decoretq; sacris, ornetq; sepulchro.
Protinus adnectunt scalas, quibus ordine longo
Vnà omnes duro liuentia stipite membra
Deponunt, Solymisq; pijs admixta Virago
Adiuuat, & manibus sanctissima viscera tollit.
Includitq; sinu clauos, amplexaq; corpus

Simon Metaphrast. die 15. August. & Card. Baron. An. Eccl. t. 1. an. Christi 34 cap. 110.

Ore

Ore fouet, lachrymisque lauat frigentia crebris
Vulnera, & haec illi tum circumfusa locuta est:
Ecce tibi ante annos mysteria condita, tandem
O fili, finem cursu tenuere paratum.
Inde etiam tradens Ioseph sudaria dixit;
Sit tibi cura meum tumulo componere natum,
Vt decet, hac veste, & myrrha circum imbue totum,
Extremumque illi solue haud taciturnus honorem.
Fit gemitus, luget Bethana ex vrbe sorores;
Et consanguineae lectae Virginis ambae
Aereum montem geminatis questubus implent.
Luget & Isacius iuuenis, multasque querellas
Promit, & haud vsquam sacrata à Virgine solers
It procul, & matri se praebet ad omnia natum.
Exemplo exequitur solerti pectore Ioseph
Triste ministerium, & precioso munere myrrhae,
Atque a ijs tandem donis, & odoribus Indis
Imbuit, & tenui totum velamine cinctum
Componit tumulo, quem nuper fecit in alto
Marmore; et haud quisquam sub tanta mole iacebat.
Hic etiam instrumenta necis de more vetusto
Condidit. Inde Crucem Solymi telluris in imum
Effodiunt; donec delecta ascendit in aras.
Postquam supremo tribuerunt dona sepulchro
Vna omnes, magnam Genitricem impressa prementem
Sacratis nati pedibus vestigia ad vrbem,
Atque etiam muros intra ad sua tecta reducunt.

Matt. cap. 27. Marc. cap. 15. Luc. cap. 23. Io. cap. 19. & Card. Baron. An. Eccle. t. 1. an. Christi 34 cap. & seq.

Christian. Adrichom. de Vrb. Hieros. descr. n. 242.

Vnde

Idem vbi sup. nu. 123.

Unde olim veteres vsum cepere ferendi
In Crucis obsequium tanti mysteria casus
Nazarei docuere suos; hinc maxima porrò
Accepit Roma, & totum transmisit in Orbem.

Idem vbi sup. nu 239.

At Sol mi interea rediturum ad luminis auras
Promisisse suis post vltima funera vitæ

Niceph. hist. lib 1.c 32. Beda de locis sacris cap. 2. & Card. Baron. An.Eccle. t.1. an. Christi 34 cap.115.

Audierant; ergò, vt Præses permisit agendum,
Custodeis tumulo ponunt, & marmora signant.
Postquam mortaleis fortissimus exuit artus
Rex Superùm, æterni Patris certissima proles,
Tendit ad infernas per muta silentia sedeis,
Perq; domos penitus vacuas, & inania regna.
Quatuor antè oculos vasto molimine portæ
Se se illi obijciunt, penitus loca inhospita viuis.
Porta aduersa ingens, solidoq; Adamante columna
Clausa fuit nunquam, ductis ad limina valuis;
Sed patuit semper cunctis, vastumq; barathrum,
Vt fuit arbitrium, Satanas cum gente prophana
Destituit, mundiq; abijt melioris ad auras.
Sed tum supremis actus terroribus imas
Se tulit inferni tandem irrequietus ad vmbras.
Vtq; ferum exitium Soteris morte paratum
Arceret, timida consulit mente, nec vlla
Occurrit facies, qua se tueatur ab illo.
Dum tamen vna subit tanto sub turbine rerum,
Scilicet, vt tumulo populetur corpus in alto
Tempus edax rerum, rediuiuaq; munia tollat.

Eccè

Ecce ambas Soter valuas, bifores{q́} superbas
Retrahit, & clausas coniungit mille catenis.
Hinc geminos ducit vecteis, æterna{q́} ferri
Robora, & aligerum iuuenem seruare corusco
Ense iubet portam, Christi vt sine nomine nunquam
Tartareus Princeps sæua cum gente per orbem
Prodeat humanum, & sanctissima pectora turbet.
Unde ferox Princeps totum percurrit Auernum,
Ita{q́}, redit{q́} viam, vt tetro se carcere tandem
Liberet, & solito perturbet turbine mundum.
Sed tamen arbitrium cum cernit prorsus adeptum,
Raptim felle tumet, genteis{q́} fatigat, & vmbras;
Et dolet, & tristi turbatus pectore mæret,
Mille animo voluens amissas antè coronas,
Mille quoque amissos ventura in sæcla triumphos;
Sed tamen inuitus summo parere Tonanti
Cogitur, & sæuas frænare libidinis iras
Numinis arbitrio, cui lucida sydera parent.
Altera portarum minor est, sed clausa manebat
Adductis valuis, sed erat sine vectibus vllis.
Tum Soter ferrum adiungit, claudit{q́} perenni
Vecte fores, clauem{q́} sibi in penetralibus abdit.
Tertia, cui infectum scelus, & graueolentia pœnis
Crimina purgantur certo sub tempore prorsus
Clausa erat; at subitò patefactis vndi{q́} valuis
Cardine voluuntur bifores, & limine cedunt,
Umbrosæ{q́} domus penitus patuere cauernæ.

Con-

Constitit hic Soter, summoq; ex limine cernens
Innumeram turbam pœna exercente teneri,
Abstrahit hinc omneis properata vindice pœna;
Concretamq; adimit labem, purosq; reducit.
Inde fore claudit, legemq; imponit in annos
Extremos mundi, vt purgatis igne potenti
Pandantur portæ, atque alijs claudantur apertæ.
Tanta autem lætus præda ad postrema recedit,
Seq; offert portis taciturnus, & ostia pulsat.
Extemplò patuere fores, sacrumq; repentè
Intremuit limen, flammisq; ingentibus omnes
Elysiæ valles pulsis fulsere tenebris,
Concepitq; sinus fœlicem in sæcula vitam
Et pater ipse hominum tum talia protulit vltrò.
Venisti tandem, tuaq; expectata per annos
Nobis complureis sub opaci hoc carcere mundi
Vicit iter durum pietas. Datur ora tueri,
Christe, tua & claras audire, & reddere voceis.
Sic equidem ducebam animo, rebarq; futurum
Tempora dinumerans: nec me mea cura fefellit.
Quas ego te ærumnas, & quanta per aspera vectum
Accipio? quantis iactatum Christe periclis?
Ipse ego deliqui; fateor peccasse; nec olim
Inficior menteis hominum fœdasse nefando
Crimine, dum vetitos decerpsi ex arbore fœtus:
Tu verò proprijs humeris, sinè fine paratas
A Patre supremo, voluisti pendere pœnas.

Cœlesti

Delesti facinus nullo delebile facto.
Nos tua turba sumus, Soter, tua gloria, tandem
Nomen, honosq; tuus, tua præda, tuusq; triumphus.
Ille autem contra fides caligine mersas
Illustrat, recreatq; patres, solatur, & inquit;
Este alacres, mecum capietis regna beata;
Cuncta egi, vt cæcis tenebris, & carcere tetro
Vos raptim eximerem, et super ardua sydera ferrem.
Pellite segnitiem, celereisq; accingite gressus,
Et mecum properate viam, atque abscedite regnis
Tartareis, vestrumq; Ducem cœleste petentem
Imperium, vosmet sectandum accingite cuncti.
Hæc ait, & portis transmittit nobile circum
Agmen agens veterum tenebrosa ex sede parentum.
Prodit Adam, secumq; venit non passibus ægris
Iustus Abel, venit & Noes, & Maximus Abram;
Et Dauid Vatesq; alij, qui carmine quondam
Monstrarunt mundo venturum ex æthere regem.
Hic matresq;, viriq; adsunt, genus omne parentum,
Qui vitam nullis vinclis, non legibus vllis
Compositam incultos primi degere per agros
Iustitiæ memores, & nulla fraude subacti.
Tum Soter, cunctis egressis, ostia claudit
Haud vllo pandenda die, aut reseranda per æuum;
Perpetuoq; ambos conglutinat aggere postes.
It Deus antè alios, dextra, læuaq; sequuntur
Delecti Heroes, cœlo gratissima proles.

Ap-

Applaudunt volucres, fugiunt ex æthere nimbi,
Arridet tellus, saliunt in gurgite pisces;
Cunctaq; fœlicis portendunt gaudia vitæ.
Tertia iamq; dies aderat, cum læta repentè
Littore ab Eoo cursus Aurora reducit
Æthereos, totumq; replet fulgoribus orbem.
Vnde omnis rerum facies mutatur, & omnes
Abscedunt fletus, & nobis gaudia surgunt,
Æternosq; datur mortis vitare dolores.
Tum Soter proprios artus, quos nuper in imo
Marmore compositos vetuit consumere tempus
Omnipotens Genitor, clara sed luce niteteis
Reddidit, & penitus diuino afflauit honore,
Atque immortaleis æterna in tempora fecit,
Absque vllo auxilio propria virtute resumit;
Seq; illis iterum coniungit nexibus arctis,
Perpetuum vt maneat nunquam resolubile nexum;
Atque triumphator tumulo consurgit ab imo.
Qualis auis fertur, nido in regione Sabæa.
Composito, Casias inter, Nardumq;, Crocumq;,
Completis vitæ spatijs reparare senectam;
Hinc noua consurgit, fuluoq; nitore iuuenta
Luxuriat cristis, & versicoloribus alis;
Æthyopasq; suos, Arabasq;, Indosq; reuisit;
Et circum innumeræ volucres mirantur euntem.
Sic quoque surgentem nitido splendore coruscum
Mirantur Christum patres, passimq; coronant.

Omni-

Omnipotens Genitor natum despectat ab alto
Ad meliora sua rediuiuum munera vitæ
Mortis ab imperio, & cæcis remeasse tenebris;
Atque etiam infernas gaudet penetrasse per vmbras
Insanumq; feris vinclis frænasse Draconem,
Atque cauas patribus penitus spoliasse cauernas,
Unde etiam ingentem conuexit ad aera prædam.
Aetherei exultant iuuenes, cytharasq;, lyrasq;
Antea depositas animo meliore resumunt.
Et varios nectunt cantus, & carmina dicunt.
Perq; choros festis ducunt, perq; astra choreas,
Alternisq; solum pedibus cœlestis Olympi
Concutiunt, plausuq; super fulgentibus astris
Aeterno passim cœlestia sydera complent.
Viserat interea multo languore solutam
Iessæam Soter matrem, in penetralibus altis
Nati expectantem reditum ex crudelibus vmbris
Ad vitæ imperium propria virtute paratum.
Seque illi æternum ostendit, nitidumq; iuuenta,
Diuinumq; aperit thesaurum, & gaudia pandit.
Aelysij verò Patres, longissimus ordo,
Sacratam iuuenem summo venerantur honore,
Seque omnes illi tantum debere fatentur,
Ut, nisi virgineum venerabile pignus amoris
Intra vterum nuper gestasset, faucibus Orci
Cuncta absumpta forent, captiuaq; semper Auernis
Mansisset tenebris cunctorum ingloria turba.

At Maria extremis agitata doloribus, vrbem
Antè ortum Solis penitus festina relinquit;
Cinnamaq;, & myrrham, & costum casiamq; feracē,
Et Nardum, & totos, quos India mittit, odores
Sumpserat, vt Christum veterum de more parentū
Vngeret, atq; pium tum deniq; munus obiret.
Dumq; iter accelerat, socijs cum matribus, altum
Qua ratione queant marmor remouere sepulchro,
Voluit, & hoc vnum solerti mente rependit.

Ventum erat ad tumulū, tellus cū horrore mouetur,
Impositumq; vident reuolutum ex marmore saxum.
Mirantur, dubitantq; simul, nè perfidus hostis
Surreptum ex busto externam asportarit in oram.
Accedunt, factum vt propriùs discernere possint.
Hinc tumulum ingressæ, dextra sub parte sedentem
Conspiciunt iuuenem, candenti veste recinctum,
Sedibus ex superis demissum ad nobile munus.
Horrescunt animi, & subitus tremor occupat artus.
Ille sed hæc raptim; Timidas depellite curas;
Nazarenum Iesum; populi quem ignobile vulgus
Confixere Cruci, solertes quæritis, alio
Marmore surrexit; non hac in parte moratur;
En locus est ille, in quo mortua membra iacebant.
Ite ergò in Solymam, socijsq; pauentibus istud
Perferte, & Petro primùm; Galilæaq; cuncti
Regna petant; illis namq; in regionibus orbis,
Vt quondam admonuit, vobis se sæpè videndum

Offeret;

Offeret; & tantum haud erit hoc dubitabile factum.
Egreditur Maria ex tumulo, & fiducia menti
Perstat adhuc incerta satis. Sed protinus ille,
Ille hominum Soter, cui nostræ est cura salutis,
Os, habitumq; gerens Olitoris, & horrida terga,
Et petasum, & marram, & curis intentus, & horto,
Sese offert Mariæ; Et, quid ploras fœmina, dixit;
Fœmina quid ploras? Cui protulit illa repentè;
Dic, Olitor, Dominū si ablatum ex marmore quoquā
Abstrasti; multo rediman nam protinus auro.
Ille negat, multumq; diu mentitus amicis
Nominibus, tandem diuinum aspersit odorem,
Seq; illi ostendit meliori viuere vita.
Cernua tum Mulier genibus procumbit, & illum
Expansis palmis complecti nititur vltro.
Arcuit hoc Soter; se seq; recepit, & inquit;
Tangere me noli, Mulier, mortalibus ausis.
Donec supremi Genitoris ad ora reuertar;
I, pete iam socios diuino fœdere iunctos,
Dicq; simul, Galilæa petant, & patria tecta;
Me namq; in tanta cuncti regione videbunt.
Hæc ait, & raptim se aspectu subtrahit illi.
Matribus inde alijs Solymam repetentibus vrbem
Se quoque diuinum manifesto in lumine monstrat.
Quæq; quidem procumbit humi, properataq; sanctis
Oscula dat pedibus, demissaq; numen adorat.
Interea Solymam properans contendit ad vrbem

Matt. cap. 28. Marc. cap. 16. Luc. cap. 24. Cristian. Adrichom. in descript. lib. Hierosolym. numero 256. &

Card. Baron. An.Eccles.t.1. an.Christi 34. c.116.& 166.

Lætitiaq; metuq; fremens Bethana virago,
Mærenteisq; petit socios, Petroq; pauenti,
Ioanniq; inquit; Dominus surrexit, & ipsa
Hisce oculis dudum manifesto in lumine vidi.
Confestim illi ambo trepidi nouitate relinquunt
Intra ædeis socios, properantq; inuisere bustum.
Serior it Petrus pressus grauitate senili;
Ioannes autem, cui totius integer æui
Sanguis inest, solidæq; suo stant robore vires,
Extemplò accurrit, summoq; ex marmore pronos
Intus agens oculos cernit velamina nota;
Nunciat & Petro, qui postquàm ad marmora venit,
Intrat honorati secreta intecta sepulchri;
Conspicit & sanctum velamen, conspicit acta
In tumuli partem sudaria frontis; & intrat
Huc quoque Ioannes, & cernit talia, & alto
Pectore, confractis penitus lethalibus ausis,
Surrexisse putat rediuiuum ex marmore Christum,
Hinc redeunt, sociisq; dolentibus omnia narrant.
At legio interea, tumuli custodia, tantis
Obstupuit factis, penitusq; exterrita fugit,
Seque Sacerdotum recipit malè sana sub ædeis,
Cunctaq; voce refert. Subito coiere tumultu
Vnà omnes Solymi, vt crescentem ex tempore famã
In vulgus, diramq; luem, & contagia tollant.
Custodeis auro innectunt, fateantur, vt antè
Præsidis ora sui socios rapuisse sepulchro

Naza-

Nazareum iuuenem, grato dum corpora somno
Mersa forent, populosq; illos sparsisse per omneis
Viuere, sed socios illum rapuisse sepulchro.
Corrupti iuuenes auro, precioq; redempti
Singula testantur; sed Dux legionis auaræ
Nomine Longinus, verum cui lumen obortum,
Infandum damnat facinus, Christumq; rediße
Prædicat in vitam propria virtute perennem.
Deserit & belli studium, iuuenesq; gemellos,
Queis verum, & rectum placuit sine fraude fateri,
Accipit et Christum rediuiuum euulgat in orbem.
Fortè etiam Cleophas cum Luca abscesßit ab vrbe, Luc.c. 24.
Incertiq; animis, num viueret optimus heros,
Ambo tendentes Emauntem multa vicißim
Inter se vario per iter sermone serebant.
Talia dum peragunt, Soter velut aduena, frontem
Causia cui tegat, & faciles cui crura cothurni,
Peraq; humeros pellis demißa emolliat artus,
Muniat & dextram baculus syluestris oliuæ,
Consequitur iuuenes, vestigiaq; vltima calcat
Deinde ait; O homines, quæ vos modò cura remordet?
Quidq; per ambages sermonum excurritis vsum,
Dum cœptum properatis iter? quid tristibus estis
Solliciti curis? Cleophas sed talia reddit;
Aduena tu Solymas intrasti solus in arceis,
Cui non tantarum sint nota volumina rerum.
Ecquæ, ait ille auidus iuuenes condiscere verum?

Ast illi hæc contra. Iesu quod contigit vni
Nazareo, audistin? magnus namq; omine vates,
Virq; potens operum, verborumq; optimus auctor
Extitit, atque adeo & populo gratissimus ipsi.
Attamen insanum vulgus, populiq; magistri,
Atque Sacerdotes damnarunt crimine mortis,
Et tandem imposuere Cruci, corpusq; forarunt
Mille modis, donec iacuit resolutus in auras.
Nos autem Isacidum veram aduenisse salutem
Rebamur, sed iam surrexit tertia mundo
Expectata dies, nec quoquam vidimus illum.
Nonnullæ verò matres ex sanguine nostro
Se ad tumulum vidisse ferunt sub lumine claro
Aligeros iuuenes, qui certa lege probarunt
Surrexisse hominem venturæ ad gaudia vitæ.
Quidam etiam ex nostris ipsum visere sepulchrum,
Cuncta vidissent, gelida si in parte iacentem
Vidissent Dominum, vita seu viuere nossent.
Ille ait; O stulti penitus, penitusq; rebelles
Credere, quod vates quondam cecinere futurum.
Talia nonnè fuit Christum tolerare necesse,
Perq; omneis casus, per tot discrimina rerum
Tendere, vt æterni remearet ad ocia cœli?
Abque vno incipiens Mose, & per singula tendens
Cuncta renarrabat vatum monumenta priorum,
Claraq; reddebat procul omni ambage remota.
Dumq; propinquarent Castro, se finxit ad vrbem

Ire

Ire aliam Soter, sed enim retinetur ab illis;
Haud tamen inuitus, nec iniquo pectore suffert.
Dum verò mensis discumberet optimus heros,
Liba capit; quæ tosta aderant, manibusq; sacratis
More suo retinens diuino numine signat;
Diuidit, & tandem socios partitur in omneis.
Tunc oculis patuit diuinum lumen, in auras
Nubibus expulsis, sese q; abscondit ab illis.
Obstupuere ambo, taleisq; extempore funduut
Ore modos. Nobis vt erant feruentia corda,
Dum per iter tenebras solito remoueret amore
Cordibus è nostris, vatesq; aperiret, & aitis
Firmaret tandem nutantia pectora curis?
Moxq; alacres linquunt mensas, & pocula ponunt,
Ut redeant Solymam, sociisq; hæc singula narrent. Luc. c. 24.
Post, vbi destituit socios Emauntis in oris
Soter, se Petro diuersa in parte moranti
Monstrauit, verumq; Deum, Christumq; professus
Raptim abijt; factumq; Petrus monstrauit amicis.
Venerat interea Cleophas festinus, & alter
Secum erat, & socijs cœnantibus omnia claris
Narrarant verbis; narrarat & ordine Petrus
Se Dominum vidisse suum sub lumine claro.
Ecce oritur subitum, atq; oculis mirabile monstrũ;
Nox erat, atq; omnes pleni formidine cæca
Conclusere fores, aditusq;, altasq; per artem
Vestibus obductis tutas fecere fenestras.

Ast illi hæc contra. Iesu quod contigit vni
Nazareo, audistin? magnus namq; omine vates,
Virq; potens operum, verborumq; optimus auctor
Extitit, atque Deo & populo gratissimus ipsi.
Attamen insanum vulgus, populiq; magistri,
Atque Sacerdotes damnarunt crimine mortis,
Et tandem imposuere Cruci, corpusq; forarunt
Mille modis, donec iacuit resolutus in auras.
Nos autem Isacidum veram aduenisse salutem
Rebamur, sed iam surrexit tertia mundo
Expectata dies, nec quoquam vidimus illum.
Nonnullæ verò matres ex sanguine nostro
Se ad tumulum vidisse ferunt sub lumine claro
Aligeros iuuenes, qui certa lege probarunt
Surrexisse hominem venturæ ad gaudia vitæ.
Quidam etiam ex nostris ipsum visere sepulchrum,
Cuncta vidissent, gelida si in parte iacentem
Vidissent Dominum, vita seu viuere nossent.
Ille ait; O stulti penitus, penitusq; rebelles
Credere, quod vates quondam cecinere futurum.
Talia nonnè fuit Christum tolerare necesse,
Perq; omneis casus, per tot discrimina rerum
Tendere, vt æterni remearet ad ocia cœli?
Abque vno incipiens Mose, & per singula tendens
Cuncta renarrabat vatum monumenta priorum,
Claraq; reddebat procul omni ambage remota.
Dumq; propinquarent Castro, se finxit ad vrbem

Ire

Ire aliam Soter, sed enim retinetur ab illis;
Haud tamen inuitus, nec iniquo pectore suffert.
Dum verò mensis discumberet optimus heros,
Liba capit; quae tosta aderant, manibusq; sacratis
More suo retinens diuino numine signat;
Diuidit, & tandem socios partitur in omneis.
Tunc oculis patuit diuinum lumen, in auras
Nubibus expulsis, sese'q; abscondit ab illis.
Obstupuere ambo, taleisq; extempore fundunt
Ore modos. Nobis vt erant feruentia corda,
Dum per iter tenebras solito remoueret amore
Cordibus è nostris, vatesq; aperiret, & aitis
Firmaret tandem fnutantia pectora curis?
Moxq; alacres linquunt mensas, & pocula ponunt,
Ut redeant Solymam, sociysq; haec singula narrent. Luc. c. 24.
Post, vbi destituit socios Emauntis in oris
Soter, se Petro diuersa in parte moranti
Monstrauit, verumq; Deum, Christumq; professus
Raptim abiit; factumq; Petrus monstrauit amicis.
Uenerat interea Cleophas festinus, & alter
Secum erat, & sociys coenantibus omnia claris
Narrarant verbis; narrarat & ordine Petrus
Se Dominum vidisse suum sub lumine claro.
Ecce oritur subitum, atq; oculis mirabile monstrũ;
Nox erat, atq; omnes pleni formidine caeca
Conclusere fores, aditusq;, altasq; per artem
Uestibus obductis tutas fecere fenestras.

Congressi proceres secreta in sede manebant.
Protinus ecce iterum completur lumine claro
Tota domus, magnisque nitent splendoribus ædes;
Et stetit in medio Soter, iterumque locutus,
Pax vobis, inquit, Socij. Conuersus, & inde
Ad Thomam, taleis effudit pectore voceis;
Infer in hæc manuum populata foramina ferro
Testantem digitum; latamque aduerte fenestram
Pectoris, atque manus intra penetralia conde.
Nec sis praterea Dydimus, sed nomine certo
Hanc vnam defende fidem, & sine crimine viue.
Restitit hic Thomas, & talia rettulit vltrò;
Tu Dominusque, Deusque meus; tu vita, salusque;
Tu mihi perpetuos requies optata per annos.
At Iesus contra; Ratus es cognoscere verum
O Thoma, quòd atrox spectasti in corpore nostro
Dedecus, & duros satiasti munere sensus.
O fœlix hominum genus, & sine fine beatum,
Talia cui nunquam perspecta, aut visa fuere:
Mens tamē haud dubia, et penitus manifesta volūtas
Extitit, & casus duxerunt corda per omneis.
Post hæc conticuit, raptimque abscessit ab illis.
Talibus, atque alijs instructo pectore gestis
Delecti heroes Galilæa ad tecta recedunt,
Mandati vt memores, auidique videre salutem,
Optatam toties, populi incrementa futuri.
Illic fortè Petrus, cœtu comitatus amico, Ioan. c. 21.

Æqui-

Aequoris exigui pelagus sulcabat, & vndas,
Rhetibus vt caperent salienteis gurgite pisces,
Quò vitæ duros possent tolerare labores.
Iamq; omnem frustra noctem per cœrula parui
Consumpsere maris sine honore, aut piscibus vllis.
Ast vbi prima humileis Aurora remouerat igneis,
Solq; pruinosis rorem expellebat ab agris,
Rhetia rara manu plenus mœrore legebat
Petrus; & hunc socij manibusq;, animisq; iuuabãt;
Litore tum Soter stetit imbellem antè biremem,
Cognitus haud vlli; & sic compellauit amicos;
O homines, quæquam geritis pulmenta? Sed illi,
Haud quicquam gerimus, mœsti pleno ore loquũtur
Ille ait; In dextram lembi dèmittite partem
Rhetia, & ostendit digito, qua parte tenendum.
Rhetia demittunt raptim, tantoq; grauantur
Pondere, vt haud possint toto conanime ad altas
Euehere antennas, cymbamq; reducere ad ipsam.
Tunc inquit Petro iuuenis, quem Iesus amabat,
Quem cernis, Petre, est Dominus. Sed protinus ille
Se tunica accingit, pelagusq; interritus intrat,
Atq; super ponto sicco pede currit ad illum.
At socij cymba accurrunt, & litus opacant.
Hic verò accensos mirantur vepribus ignes,
Atq; superpositum piscem, frugesq; recoctas.
Ferte, inquit Soter, aliquid sub gurgite captum.
Tum Petrus nauim conscendit, & ocyùs altam

Extrahit ad terram turgentia lina Marinis.
Hic iterum dicit Soter. Accedite mensis,
Et saturate famem, & sæuas depellite curas.
Accedit tamen ipse prior, pisceisq; capessit,
Et tostas fruges, socijsq; in prandia defert.
Postquàm pulsa fames, & amor compressus edēdi,
Cunctarum meditans Soter componere rerum
Ocia, ait Petro. Me diligis inter amicos
Hosce, Simon, melius? Cui talia rettulit ille;
Haud ipse ignoras, quòd te super omnibus vnum,
O Soter, veneror; nec quicquam carius extat.
Pasce meos agnos, inquit santissimus Heros.
Inde, Simon, iterum, penitus me diligis, inquit?
Rettulit illa eadem Petrus; sed talia Soter;
Pasce meos agnos. Iterumq; hæc edidit ore;
Nunquid amas me, Petre Simon? Sed turbidus ille
Reddidit; Haud quicquā latuit tibi, & omnia nosti,
Te quòd amo, facile est tibi nunc cognoscere promptū
Talia de hinc Soter; Ouium tu Petre mearum
Pasce gregem, iuuenis quondam dum vita manebat,
Ipse tuo arbitrio vesteis, abitumq; parabas.
Nunc autem postquàm properauit dura senecta,
Extendesq; manus, aliusq; tibi addet amictum;
Quoue haud exoptas, te per sua nomina ducet.
Me sequere, inde inquit. Sed retro lumina vertens
Petrus ad Isacium iuuenem, quem Iesus amabat,
O Domine, hic, inquit, quo fine tenebitur vltrà?

Ioan. c. 21. & Card. Baron. an. Eccle. t. 1. an. Christi 34. c. 176. vsq; ad 185. & alij relati per eum.

Tum

Tum Soter. Illum statuo sic omnibus annis
Mansurum, donec redeam ex cœlestibus oris.
Sed tua quid refert? quid talia mente reuoluis?
Me sequere, et nostri vestigia sume laboris.
Hæc vbi dicta dedit, non vltra cernitur alto
Litore; sed Petrus, summum quem Numen agebat,
Vt qui præceptis studeat, rectumq; sequatur,
Dispersos socios confestim colligit omneis,
Quos furor, & rabies Solymorum auerterat æquo,
Sed mens non vllis furijs perterrita mansit;
Deinde altum vnà omnes superant per deuia montem
Sub quo sæpè Dei diuina effulsit imago.
Huc hominũ chorus omnis adest, iuuenesq;, senesq;,
Quos veræ pietatis amor, quos cura salutis
Impulerat patrias nuper dimittere leges.
Montis vbi summum cuncti tenuere cacumen
Atque humileis læti circum sedere per herbas,
Intonuit læuum cæli de parte sinistra.
Fit fragor, eq; alta prodit de nube coruscus
Ignis, & excelsum apparet comprendere montem.
Tum stetit in medio Soter, pacemq; salutis
Nunciat æternæ; repetitq;, iterumq; reclamat;
Pax vobis, Socij: nec quicquam dignius illa
Esse, ait: & geminat pacis venerabile nomen
Sæpius, atque omneis seruari mandat in annos.
Procumbunt genibus raptim, & reuerenter adorant
Supplicibus votis, Dominumq;, Deumq; salutant.

Matt. cap. 18. D. Paull. 1. ad Cor. cap. 15. & Card. Baron. an. Eccle. t. 1. an. Christi 34. c. 185.

Subdit

Subdidit & inde etiam; Mihi iam suprema potestas
Est data terrarum, cœliq; atque ætheris alti.
Ite ergò in populos, genteisq; docete supremas
Seruare has leges, & poscere pacis amorem;
Et sacris conspergite aquis, maculamq; vetustam
Delete in Patris, Natiq;, & nomine Amoris.
Et nostram monstrate viam, vt mandata capessant,
Quæ dudum vobis supremo tempore liqui.
Ipse autem semper vobiscum in sæcula cunctis
Degam horis, semperq; adero in postrema ruentis
Orbis, & æternùm vobiscum in sæcula viuam.
Post autem, tali functus pietate, recedit
Confestim, tenebrasq; oculis obiecit inanis,
Et sese aspectu tenueis subtraxit in auras.
Postquàm mente sacro vidit Galilæa turba
Diuinum heroem rediisse ad lumina vitæ,
Seq; suis tandem socijs monstrasse potentem
Æternæ vitæ, & populis venisse salutem,
Diuersi diuersa petunt; sed Petrus ab illis
Cum socio cœtu Solymam remeauit ad vrbem.
Claudunt se portis trepidi formidine rerum,
Effugiuntq; forum, & vulgi commercia vitant.
Discumbunt positis epulis, & paupere victu
Contenti, tenueisq; coronant ordine mensas.
Iamq; famem explebant, pleno cum lumine circum
Effulgent ædes, summoq; nitore coruscant.
Hic iterum stetit in medio sanctissimus Heros,

Cristian. Adrichom. in descript. lib. Hierosoly. n. 191.

Paxq;,

Tum Soter. Illum statuo sic omnibus annis
Mansurum, donec redeam ex cælestibus oris.
Sed tua quid refert? quid talia mente reuoluis?
Me sequere, et nostri vestigia sume laboris.
Hæc vbi dicta dedit, non vltra cernitur alto
Litore; sed Petrus, summum quem Numen agebat,
Vt qui præceptis studeat, rectumq́ sequatur,
Dispersos socios confestim colligit omneis,
Quos furor, & rabies Solymorum auerterat æquo,
Sed mens non vllis furijs perterrita mansit;
Deinde altum vnà omnes superant per deuia montem
Sub quo sæpè Dei diuina effulsit imago.
Huc hominũ chorus omnis adest, iuuenesq́;, senesq́;,
Quos veræ pietatis amor, quos cura salutis
Impulerat patrias nuper dimittere leges.
Montis vbi summum cuncti tenuere cacumen
Atque humileis læti circumsedere per herbas,
Intonuit læuum cæli de parte sinistra.
Fit fragor, eq́ alta prodit de nube coruscus
Ignis, & excelsum apparet comprendere montem.
Tum stetit in medio Soter, pacemq́ salutis
Nunciat æternæ; repetitq́; iterumq́; reclamat;
Pax vobis, Socij: nec quicquam dignius illa
Esse, ait: & geminat pacis venerabile nomen
Sæpius, atque omneis seruari mandat in annos.
Procumbunt genibus raptim, & reuerenter adorant
Supplicibus votis, Dominumq́;, Deumq́; salutant.
Subdit

Matt. cap. 18. D. Paull. 1. ad Cor. cap. 15. & Card. Baron. an. Eccle. t. 1. an. Christi 34. c. 185.

Subdidit & inde etiam; Mihi iam suprema potestas
Est data terrarum, cæliq; atque ætheris alti.
Ite ergò in populos, genteisq; docete supremas
Seruare has leges, & poscere pacis amorem;
Et sacris conspergite aquis, maculamq; vetustam
Delete in Patris, Natiq; & nomine Amoris.
Et nostram monstrate viam, vt mandata capessant,
Quæ dudum vobis supremo tempore liqui.
Ipse autem semper vobiscum in sæcula cunctis
Degam horis, semperq; adero in postrema ruentis
Orbis, & æternùm vobiscum in sæcula viuam.
Post autem, tali functus pietate, recedit
Confestim, tenebrasq; oculis obiecit inaneis,
Et sese aspectu tenuis subtraxit in auras.
Postquàm mente sacro vidit Galilæa turba
Diuinum heroem rediisse ad lumina vitæ,
Seq; suis tandem socijs monstrasse potentem
Æternæ vitæ, & populis venisse salutem,
Diuersi diuersa petunt; sed Petrus ab illis
Cum socio cœtu Solymam remeauit ad vrbem.
Claudunt se portis trepidi formidine rerum;
Effugiumq; forum, & vulgi commercia vitant.
Discumbunt positis epulis, & paupere victu
Contenti, tenueisq; coronant ordine mensas.
Iamq; famem explebant, pleno cum lumine circum
Effulgent ædes, summoq; nitore coruscant.
Hic iterum stetit in medio sanctissimus Heros,

Cristian. Adrichom. in descript. lib. Hierosoly. n. 191.

Paxq;

Tum Soter. Illum statuo sic omnibus annis
Mansurum, donec redeam ex cœlestibus oris.
Sed tuá quid refert? quid talia mente reuoluis?
Me sequere, et nostri vestigia sume laboris.
Hæc vbi dicta dedit, non vltra cernitur alto
Litore; sed Petrus, summum quem Numen agebat,
Vt qui præceptis studeat, rectumq; sequatur,
Dispersos socios confestim colligit omneis,
Quos furor, & rabies Solymorum auerterat æquo,
Sed mens non vllis furijs perterrita mansit;
Deinde altum vnà omnes superant per deuia montem
Sub quo sæpè Dei diuina effulsit imago.
Huc hominũ chorus omnis adest, iuuenesq; senesq;,
Quos vera pietatis amor, quos cura salutis
Impulerat patrias nuper dimittere leges.
Montis vbi summum cuncti tenuere cacumen
Atque humileis læti circum sedere per herbas,
Intonuit læuum cæli de parte sinistra.
Fit fragor, eq; alta prodit de nube coruscus
Ignis, & excelsum apparet comprendere montem.
Tum stetit in medio Soter, pacemq; salutis
Nunciat æternæ; repetitq; iterumq; reclamat;
Pax vobis, Socij: nec quicquam dignius illa
Esse, ait, & geminat pacis venerabile nomen
Sæpius, atque omneis seruari mandat in annos.
Procumbunt genibus raptim, & reuerenter adorant
Supplicibus votis, Dominumq; Deumq; salutant.

Matt. cap. 28. D. Paull. 1. ad Cor. cap. 15. & Card. Baron. an. Eccle. t. 1. an. Christi 34. c. 185.

Subdit

Subdidit & inde etiam; Mihi iam suprema potestas
Est data terrarum, cœliq; atque ætheris alti.
Ite ergò in populos, genteisq; docete supremas
Seruare has leges, & poscere pacis amorem;
Et sacris conspergite aquis, maculamq; vetustam
Delete in Patris, Natiq;, & nomine Amoris.
Et nostram monstrate viam, vt mandata capessant,
Quæ dudum vobis supremo tempore liqui.
Ipse autem semper vobiscum in sæcula cunctis
Degam horis, semperq; adero in postrema ruentis
Orbis, & æternùm vobiscum in sæcula viuam.
Post autem, tali functus pietate, recedit
Confestim, tenebrasq; oculis obiecit inaneis,
Et sese aspectu tenueis subtraxit in auras.
Postquàm mente sacro vidit Galilæa turba
Diuinum heroem rediisse ad lumina vitæ,
Seq; suis tandem socijs monstrasse potentem
Æternæ vitæ, & populis venisse salutem,
Diuersi diuersa petunt; sed Petrus ab illis
Cum socio cœtu Solymam remeauit ad vrbem.
Clauduntse portis trepidi formidine rerum,
Effugiuntq; forum, & vulgi commercia vitant.
Discumbunt positis epulis, & paupere victu
Contenti, tenueisq; coronant ordine mensas.
Iamq; famem explebant, pleno cum lumine circum
Effulgent ædes, summoq; nitore coruscant.
Hic iterum stetit in medio sanctissimus Heros,

Cristian. Adrichom. in descript. lib. Hierosoly. n. 191.

Paxq;,

Tum Soter. Illum statuo sic omnibus annis
Mansurum, donec redeam ex cœlestibus oris.
Sed tua quid refert? quid talia mente reuoluis?
Me sequere, et nostri vestigia sume laboris.
Hæc vbi dicta dedit, non vltra cernitur alto
Litore; sed Petrus, summum quem Numen agebat,
Vt qui præceptis studeat, rectumq; sequatur,
Dispersos socios confestim colligit omneis,
Quos furor, & rabies Solymorum auerterat æquo,
Sed mens non vllis furijs perterrita mansit;
Deinde altum vnà omnes superant per deuia montem
Sub quo sæpè Dei diuina effulsit imago.
Huc hominū chorus omnis adest iuuenesq; senesq;,
Quos veræ pietatis amor, quos cura salutis
Impulerat patrias nuper dimittere leges.
Montis vbi summum cuncti tenuere cacumen
Atque humileis læti circumsedere per herbas,
Intonuit læuum cœli de parte sinistra.
Fit fragor, eq; alta prodit de nube coruscus
Ignis, & excelsum apparet comprendere montem.
Tum stetit in medio Soter, pacemq; salutis
Nunciat æternæ; repetitq;, iterumq; reclamat;
Pax vobis, Socij: nec quicquam dignius illa
Esse, ait: & geminat pacis venerabile nomen
Sæpius, atque omneis seruari mandat in annos.
Procumbunt genibus raptim, & reuerenter adorant
Supplicibus votis, Dominumq;, Deumq; salutant.

Matt.cap. 28. D.Paull. 1. ad Cor.cap.15.& Card. Baron. an.Eccle.t.1. an.Christi 34. c.185.

Subdit

Subdit & inde etiam; Mihi iam suprema potestas
Est data terrarum, cæliq; atque ætheris alti.
Ite ergò in populos, genteisq; docete supremas
Seruare has leges, & poscere pacis amorem;
Et sacris conspergite aquis, maculamq; vetustam
Delete in Patris, Natiq; & nomine Amoris.
Et nostram monstrate viam, vt mandata capessant,
Quæ dudum vobis supremo tempore liqui.
Ipse autem semper vobiscum in sæcula cunctis
Degam horis, semperq; adero in postrema ruentis
Orbis, & æternùm vobiscum in sæcula viuam.
Post autem, tali functus pietate, recedit
Confestim, tenebrasq; oculis obiecit inanis,
Et sese aspectu tenueis subtraxit in auras.
Postquàm mente sacro vidit Galilæa turba
Diuinum heroem rediisse ad lumina vitæ,
Seq; suis tandem sociis monstrasse potentem
Æternæ vitæ, & populis venisse salutem,
Diuersi diuersa petunt; sed Petrus ab illis
Cum socio cœtu Solymam remeauit ad vrbem.
Claudunt se portis trepidi formidine rerum;
Effugiuntq; forum, & vulgi commercia vitant.
Discumbunt positis epulis, & paupere victu
Contenti, tenueisq; coronant ordine mensas.
Iamq; famem explebant, pleno cum lumine circum
Effulgent ædes, summoq; nitore coruscant.
Hic iterum stetit in medio sanctissimus Heros,

Cristian. Adrichom. in descript. lib. Hierosoly. n. 191.

Paxq;

Subdit & inde etiam; Mihi iam suprema potestas
Est data terrarum, cœliq́; atque atheris alti.
Ite ergò in populos, genteisq́; docete supremas
Seruare has leges, & poscere pacis amorem;
Et sacris conspergite aquis, maculamq́; vetustam
Delete in Patris, Natiq́;, & nomine Amoris.
Et nostram monstrate viam, vt mandata capessant,
Quæ dudum vobis supremo tempore liqui.
Ipse autem semper vobiscum in sæcula cunctis
Degam horis, semperq́; adero in postrema ruentis
Orbis, & æternùm vobiscum in sæcula viuam.
Post autem, tali functus pietate, recedit
Confestim, tenebrasq́; oculis obiecit inaneis,
Et sese aspectu tenueis subtraxit in auras.
Postquàm mente sacro vidit Galilæa turba
Diuinum heroem rediisse ad lumina vitæ,
Seq́; suis tandem socijs monstrasse potentem
Aeternæ vitæ, & populis venisse salutem,
Diuersi diuersa petunt; sed Petrus ab illis
Cum socio cœtu Solymam remeauit ad vrbem.
Claudunt se portis trepidi formidine rerum,
Effugiuntq́; forum, & vulgi commercia vitant.
Discumbunt positis epulis, & paupere victu
Contenti, tenueisq́; coronant ordine mensas.
Iamq́; famem explebant, pleno cum lumine circum
Effulgent ædes, summoq́; nitore coruscant.
Hic iterum stetit in medio sanctissimus Heros,

Cristian. Adrichom. in descript. lib. Hierosoly. n. 192.

Paxq́;,

Paxq́, inquit, vobis Socij; pax viuida semper
Sit vobis; pacis sit vobis optimus vsus.
Ast hominum infirmæ mentes, & inertia corda
Terrentur visu subito, simulachraq́ rentur
Numinis effictis taleis effundere voceis.
At Soter menteis illorum, & pectora cernens,
Legibus vt certis firmaret, & alta doceret
Instrumenta, quibus summus conscenditur axis,
An quicquam est vobis epularum fortè relictum,
Inquit? At extemplò tosti munuscula piscis,
Semesosq́ fauos mellis, caraq́ rubentis
Exprompsere illi, vt fauceis satiaret auenteis.
Vescitur his Soter cunctis spectantibus; atque
Relliquias capiens socios partitur in omneis.
Inde ait; Hæc sunt, quæ sum vobis verba locutus,
Dum vobiscum aderam mortali veste grauatus.
Nam quæcumq́ olim Moses, quæcumq́ prophetæ,
Quæq́ etiam Dauid de me monstrauerat olim,
Cuncta mihi in nostro penitus toleranda fuerunt
Corpore, & ex tantis potuit nil rebus omitti.
Dehinc oculos, sensumq́ aperit, mentemq́, animamq́
Instruit, vt vatum noscant monumenta priorum.
Marc. cap. 16. *Posse etiam Eumenidū furias stimulosq́ trementeis*
Pellere ab humanis membris, morbosq́ fugare
Innumeros tribuit, corpusq́, animumq́ saluti
Reddere, vt antiquas valeant intendere vires.
Luc. cap. 24. *Addidit; Hæc etiam Christo toleranda fuerunt.*

Mortis

Mortis ut ex vinclis surgendum ad munia vitæ,
Ut sanctæ sedes, & regna beata paterent.
Cuius & imperio Solymis, totumq; per orbem
Errorum indici veniam, requiemq; laborum
Afferri, & claro vulgari nomine pacem
Fas erat, & per talia tendere oportuit olim.
Tantarum testes rerum, socijq; laborum
Vos estis: quare promissum sæpius vltrò
Aeterni Patris mittam per pectora Numen
Vestra modò. Vnde omnes vrbe hac abscedite nūquā,
Aetherea donec virtute, & numine pleni
Immaneis hominum fastus, fraudesq;, dolosq;
Vincere possitis, sæuasq; effringere vires.
Talia fatus erat Soter, cùm ducit ab vrbe
Isacia socios: portaq; egressus in altum
Conscendit montem, cui nomina fecit Elaon,
Sed nos ex oleis dedimus per sæcula nomen.
Crudelem hic natum fugiens rex maximus olim
Et flens, & nudus pedibus toto ore profusus
Numen adorauit, cui lucida sydera parent.
Hic quoque rex Salomon Idolo condidit ædem,
Quam tandem auertit Solymæ fortissimus heros.
Sæpius hic etiam Soter consueuit opacas
Perceptare vmbras, & Patri porgere vota;
Noxq;, diesq; illum expertem potusq;, cibiq;
Sæpius hic vidit; viderunt sæpè cateruæ,
Dum cæli æternas sedes, & regna doceret.

Christian. Adrichom. in descript. lib. Hierosoly. n. 192.

Constitit

Constitit in summo Soter, manibusq; benignis
Et matri, & Socijs sanctissima vota precatus,
Sese tollit humo sursum, nubesq; repentè
Splendidior Sole, & puro radiantior ostro
Circunfusa ruens, quanta est, complectitur illum.
Montis in excelso vestigia sancta reliquit
Soter in cælum rediens; vbi nobile templum
Antiqui fecere Patres, quod & omnibus annis
Seruatum, facti dedit insuperabile nomen.
Secum etiam Patres, quos ex Acheronte reduxit,
Ut cælo inferret dextra, læuaq; sequuntur.
Aerios superat campos, atque æthera tranat,
Instabilesq; orbeis intrat, supraq; relatus
Supremos cæli tractus geminosq; coluros,
Improuisus adest portis cælestis Olympi.
Extemplò patuere fores, valuisq; reclusis
Ianua tum primùm penitus patefacta reluxit.
At Pater Omnipotens, toto comitante Senatu,
Obuius it contra, & iam intrantem limen Olympi,
Victoremq; hostis, spolijsque Acherontis onustum
Suscipit, ac sanctæ centena dat oscula fronti,
Et tandem has læto depromit pectore voceis;
Nate, tuum tandem repetisti ex hostibus atris
Imperium, spolijsque redis decoratus opimis.
Nil iræ, bellique artes, nil perfidus hostis
Obfuit; imò etiam tantarum incendia rerum,
Quæ pietas, quis noster amor, quæ cura fatiget
Ingen-

Zachar. c. 14. Hieronim. de locis Heb. Beda de locis sanctis c. 7. Burcard par. 1. c. 7. & Card. Barō. an. Eccles. tō. 1. an. Christi 34. c. 103. 104.

Ingenus humanum, clarißima signa dedere.
Vulnera, quæ aspicio, quanto fulgore coruscant.
Vt circum splendent: radios quos vndiq; promunt.
Has etenim sedes flammis, & lumine complent.
Tu solium pone a dextris; tu in sæcula regna Psal. 109.
Donec constituam pedibus sub verisq; rebelleis
Calcandos hosteis, & duro calce premendos.
Emisi ex Sion virgam virtutis, & alti
Iudicij nostri, medios dominare per hosteis.
Tecum principium, quando hinc tua viuida virtus
Cœpit sub sanctis splendescere viribus olim.
Antè annos, mensesq; omneis, antè omnia sæcla
Te genui ex vtero nullo de semine ductum.
Iuraui intrepidus, meq; in mea vota vocaui,
Nec me promißis facinus firmasse pigebit.
Tuq; per antiquum Melchi per sæcla Sacerdos
Aeterna es mundo sanctas monstratus ad aras.
Ipse mea à dextra regnans, cum maximus ira
Ferùor erat, proprio fregisti Marte Tyrannos.
Iudicioq; premes genteis, dirasq; ruinas
Explebis, terrasq; teres capita alta per omneis.
Dumq; viam intentis properares currere plantis,
De Torrente auidis potasti faucibus vndas;
Vnde caput, nomenq; tuum, laudesq;, decusq;
Sustulimus, sanctisq; super firmauimus astris.
Hæc ait, & nato dextram porrexit; & altum
Ad solium duxit, dextraq; in parte locauit,

Insignemq; dedit chlamydem, sceptrumq;, mitramq;,
Supplicium vt vitio, virtuti vt præmia reddat.
Inde choros Patrum, iustæ monumenta rapinæ,
Excipit, & cæli sanctas partitur in ædeis.
Gratatur Christo victori tota iuuentus
Cælestis regni, circumq;, infraq; ministrant
Vnà omnes, hominemq;, Deumq; ardenter adorans.
Seq; choris miscent Patrum, lætosque penateis
Ostentant, gaudentque simul fœlicibus auris.
Pars plaudunt pedibus choreas, pars carmina dicũt:
Hi laudes, hi facta canunt, prædamque relatam
Pluribus accumulant numeris: hi sanguine multo
Extollunt partum Solymorum ante ora triumphum,
Victricemque Crucem cœlo super æthera tollunt.
Et victos hosteis, & Auerni ignobile regnum
Esse suo populo viduatum desuper addunt.
Regia tota fremit cantu, plausuque secundo.
Qualis Romuleus celsa ad Capitolia Consul
Intrat ouans, Thraceisque feros, captiuaque signa
Ante suos currus præmittit; limine ab alto
Obuius it contra, populo spectante, Senatus:
Matres, atque viri, pueri, innuptæque puellæ
Facta canunt; plausumque viæ, collesque remittunt.
Talis erat (si magna licet contexere paruis),
Admiranda Dei cælos intrantis imago.
At lecti proceres Dominum cum ad sydera ferri — Act. Apost. c. 1.
Intenti aspiciunt, genibus se in gramine ponunt,

Et du-

Et dupliceis tollunt sursum ad cælestia palmas
Lumina, & obtutu penitus firmantur in vno.
Hic gemini heroes demissi ex æthere summo,
Siuè patrũ ex numero, qui Herebi tenuere latebras,
Seu magis, vt reor, ex iuuenum legione suprema
Illos demisit socij ad solatia cætus
Soter, ex animis cupiens auertere curas;
Stantque propè, & taleis effundunt pectore voceis;
Quid Sotera, Uiri Galilæi, ad regna beata
Intenti oculis abeuntem cernitis? Illum
Vt cælum petere, & summas conscendere sedes
Uidistis, parili ratione videbitis olim
Sedibus ex altis in maiestate potenti
Aduentantem, hominum vt nexus, & iura rependat.
Hæc vbi dicta viri tenueis fudere per auras,
Se extemplò eripiunt oculis, visumque relinquunt,
Consurgunt trepidi proceres, vrbisque reuisunt
Ingratæ hospitium, & tectis se ex tempore claudunt;
Exorantque Deum nocteisque, diesque per omneis,
Ut paruumque gregem, sociosque ex ore luporum
Arceat, atque omneis promisso numine firmet.
Dictorum hinc memores, præceptorumque magistri,
Sed suadente Petro, pro Iuda ad nobile munus
Exquirunt alium: Matthias suscipit altum
Sorte locum, prorsusque Petro se ad singula præbet.
Interea nouies summum conscenderat axem
Quadriiugo curru per monstra ferissima Titan,

Et Tartesiacis nouies se immerserat vndis.
Iamque resurgebat decimo splendentior ortu
Litore ab Eoo, vt mundum melioribus astris
Lustraret, miserosque homines renouaret, & vrbeis,
Cum Pater Omnipotens supremo vertice cæli
Constitit, & latos populos, terrasque iacenteis
Despectans, Romæ defixit lumina regnis;
Atque illum æternas voluentem pectore curas
Diffulgens radijs, & clara luce coruscus
Alloquitur Soter; O summi rector Olympi
Omnipotens Genitor, promissam Numinis auram
Tempus adest socijs cælo demittere nostris;
Hoc etenim ipse tuis instructus legibus illos
Sæpius admonui, vt constanter tecta subirent
Dira Tyrannorum, & discrimina nulla timerent:
Calcarent scelerum formas, Adyta ampla pararet,
Centum aras, centumque ædeis, delubraque centum
In populis nostra pro relligione locarent.
Has quoque promisi certo sub tempore sedeis.
Hoc te pro mundi regno, & pro nomine nostro
Sæpe rogo; munusque mihi si tale negares,
His plagis concede meis, concede cruori,
Quem manibus, pedibusque meis, laterique profudi
Quamuis de toto manarit corpore sanguis.
Ecce manus, plantasque, meum en aspice; apertum
Ecce latus, flagrisque affectum corpus amaris.
Si quicquam his merui, gratum si munus ad aras

Exitiis

Extitit antè meum reditum ad cælestia regna,
Da mihi, quod posco, & te dignum perfice munus.
At Pater Omnipotens vultu, quo cuncta serenat
Oscula libauit nato, & dehinc talia fatur:
Parce metu fili, sociorum immota tuorum
Fata manent: cernes vrbem Tyberina secundùm
Ostia crescentem triplicis super omnia mundi
Imperia, & latè dominari gentibus olim.
Sublimeisq; feres super astra micantia cœli
Dilectos socios, neque me sententia vertit:
Et quia promisi, & me promisisse daturum
Pœnitet haud vnquã, dabitur tibi, nate, quod optas.
Sed magis impellunt nostras fœdissima curas
Vulnera, quæ aspicimus lacerato ĩ corpore, et amplas
In manibus pedibusq; tuis, & corde fenestras.
Ergò qui possum meritorum tanta tuorum
Officia oblitum toti me ostendere mundo?
Demittam in socios communis Numen Amoris,
Ut sanctè penitus flammarum ardore calescant.
Segnitiem expellam, remouebo cæca timoris
Indicia, atq; animos firmabo robore forti.
Principibus coram audebunt extendere nomen,
Quod ferro, & flammis Solymorum antè ora parasti;
Contemnentq; minas regum, & crudelia facta:
Nec quicquam horrebunt, donec Panchæus ad aras
Perfundatur odor, saticisq; fragoribus igneis;
Totus & antè pedes tibi stratus pareat orbis.

Hæc

Hac ait, et toto cælo (mirabile dictu)
Fit strepitus, vastisq; tumultibus altus Olympus
Assonat, & circum radijs rutilare videtur.
Tum Deus, ecce Deus, flammisq; & lumine magno
Spiritus athereus, rerum cælestis origo,
Et nati, & Genitoris Amor, demissus ab illis,
Unanimemq; domum, & spatiosa cubicula complet,
Quæ lecti heroes sancta cum Virgine, & omnes
Matres, atque viri consueto more colebant.
Linguarum hinc formam accipiens supra astitit illis,
Virtutemq;, ignemq; ferens, & turbat ab imis
Visceribus cunctos, stupefactaq; membra retractans
Mentem, animumq; addit, monstratq; arcana futuri.
Et cæcos aperit sensus, & pectora pandit.
Illi autem afflati diuini numine raptus,
Et summis acti stimulis, sacroq; furore
Concipiuntq; Deum, penitusq; in pectore gestant,
Et totum ex imis flatum exhausere medullis.
Diffugiunt animis terrores; pellitur omnis
Segnities, penitusq; timor perit improbus; atque
Nulla relinquuntur veteris vestigia formæ.
Quisq; aperit centum linguis arcana Tonantis;
Facta Deumq; canunt, monstrantq; ex æthere summo
Aduenisse quidem, sed pulsam ex gente salutem.
Quotq; hominum tractus, quot genteis possidet orbis,
Quisq; tot ex linguis pandit cælestia regna.
Talibus, atque alijs instructo pectore genteis
Delecti

Delecti proceres adeunt. Unde inclyta Roma
Christiadũ imperiũ accepit, quod nunc super omneis
Terrarum tractus, pelagiq́, atque ætheris oras,
Unde oritur, seu quò præceps sol tendit, ad vsque,
Quà Bactra, atque Indi regnis iunguntur Iberis.
Quaq; nouis iussis Boreas, & feruidus Auster
Vota Deo vnanimes æterna in fœdera soluunt,
Sub Clemente caput nunquam reuocabile tollit.

Libri Duodecimi Finis.


NIL·CANDIDIUS·

Sequentes versus reponantur pag. 317. inter versum 24. & 25.

Post Lateranensem Synodum ad Tarpeia vocatam
Mœnia, vt Infernæ reprimantur iurgia linguæ,
Romanam Sedem desumet Honorius, ipsam
Intra vrbem genitus: Comitum dehinc semine natus
Gregorius capiet fasceis, quos Petrus amauit.
Cœlestinus erit post illum nomine quartus,
Proditus Insubribus; deinde Innocentius ara
Præfectus patres Lugdunam coget ad vrbem
Insanam aduersus scelerato nomine pestem,
Supprimat vt rabiem, vesanaq; pectora frænet.
Surget Alexander, &c.

Errata sic corrigito.

Pag. pr. uers. vlt. & consecro. & consacro
pag. 6. uers. 12. omi. omni
ibid. uers. 13. si quæ. si qua
Octasticum MACI. MACCII
Pag. 2. uers. 25. meorum morum
Octasticum uers. 7. aftert, offert.
Epist. Frater Paullus 6. pag. 2. uers. 4. sit coniunctissimus. tibi sit coniunctissimus
Epist. ad lect. 64. pag. pr. uers. 6. SEBARTIANI FILIVS SEBASTIANI FILIVS
ibid. Epist. ad lect. 64. pag 2. uers. 6. Nec defecerunt. Nec defuerunt
ibid. spitus. spiritus.
3. uers. 16. lictus. litus
4. uers. ij. Exibet. Exhibet
ibid. in marg. Maria Monfeltrij à Ruere. Mariæ Monfeltrij a Ruere
9. uers. 16 flāmarum. flammarumq;
12. uers. 9. Imperium. Imperio
ibid. uers. 22. adeo. adoro
15. in marg. li. 17. c. 18. li. 17. c. 8.
16. in marg. cap. 16. & Card. Baron. cap. 8. & Card. Baron.
17. uers. 21. extendit. extendi
23. uers. 22. istum istud
32. in marg. Plin. not. Plin. nat.
33. uers. 7. Horidus. Horridus
35. in marg. Euagni esse putetur. Euagrij esse putatur
37. uers. 8. Sista. Sistra
39. uers. 12. Balpanther. Barphanter
41. in marg. 27. & 27. 27. & 28
42. uers. 9. Albiades. Abiades.
47. in marg. cen. 3. can. 3.

D ibid.

48.uerſ.17.proferre. perferre
50.uerſ 22.opus. opes
59.uerſ 13. Humanas occulos. Humanos oculos
59.in marg.totum. deleatur
68.in marg.Oſe.c.2. Oſe.c.ij.
73.24.innumeras. innumeros
74.in marg.uerſ.2.intuli.& uerſ.4. tuli. lege utroque in loco, Tuli.
77 in marg.not.hiſt. nat.hiſt.
78.in marg.in ſerm.ult. in ſerm.ult.
ibid.in marg.de legib.lib.5. de leg. lib.6.
82.in marg.21. 12.
86.in marg.Neſych. Heſych
87.uerſ.27.pandetis. pendetis
100 in marg.de præſcrip. de præcep.
ibid.In marg. Bened.Peſe. Bened. Pere.
107.uerſ 3.ſentit. ſenſit
115.uerſ.1.uaria. uarias
117.uerſ.1.fore. fero
ibid.uerſ 9.modi. modo
ibid.uerſ.12.ſummusq;. ſomnusq;
ibid.uerſ.14.amorem arcuit. amor arcuit.
118.uerſ.24.orbes. orbos
119.uerſ.6.oercet. coercet
ibid.uerſ.15 parenees. parentes.
ibid.uerſ.21.Phlegetontides. Phlegetontide
ibid.uerſ.23 æditum. aditum
120.uerſ.2.Zelorum. Telorum
ibid.uerſ.8.ſurrexerint. ſurrexerit.
ibid uerſ.14.turbabit tutbauit.
121.uerſ.19.fuit. Iuit
ibid in marg.iudic.c.21. Iudic.c.1.
122.uerſ.1.Medían. Madian
ibid uerſ 7.aucis. aruis
ibid.in marg.2.Reg.c.2. 2.Reg.c.11
ibid.uerſ.24.Corructis. Curruitis
124.uerſ.7. atum de cœde cruorem atrum de cœde colorem
126.uerſ.1.redēptorum. redēpturum
ibid.uerſ 27 poſuit. poſcit
128.in marg.segra. segm.
ibid.uerſ.10.soter. socer.
133.uerſ.20.Hic. Ni
134.uerſ.2.iuſta. iuſſa
137.uerſ.6.Affigetq;. Affigetq;
138 uerſ.17.sic. si
139 uerſ.1.cegione. regione
141.uerſ.5.mandaret. manderat
ibid.uerſ.13 amœnam. amœna
ibid.uerſ.14.robur. rubor
143.uerſ.5.quod. quid
148.in mar.Amos cap.3. Amos.ca.9.
149.in marg.de uerb.ſap. de uera ſap
ibid.Verb.ſap. Vera ſap.
159.uerſ.4.eſſe. eſte
ibid.uerſ.8.regnat. regnet
ibid.uerſ.10.mouentem. monētem
160.uerſ.13.tibi. ſibi
168.uerſ.13.tibi. ſibi
171.uerſ.7.quæ. quia
175.uerſ.9.agitata. aut agitata
178.uerſ.2.ſic. fit
179.in marg. Auid. ſuid.
ibid.in marg. in Appen. in Appar.
ibid in marg.in Append. in Apparat.
180.uerſ.1.iamq;. ianiq;
ibid.uerſ 21.ſummi. ſummis
182.in marg.10.c.1.& 3. 10.1.c.3.
183.uerſ.17.rutiliq;. rutiliſq;
ibid.in marg.riiu. tom.
187.uerſ.3.promit. premit.
ibid.curuæq;. curuoq.
189.uerſ 4 contempſit. contēpſitq;
190.uerſ.3.Diolans. recolens
ibid.uerſ.8.vecitſim. uiciſſim
191.uerſ.11.inſtituit. inſtruit.
ibid.uerſ 18.carreris. carceris.
ibid in marg.c.1. c.7
ibid.in marg.Chriſti 23. Chriſti 33.

195. deum. deumq;
200. uers.27. domum. demum.
202. uers. 3. uox. uix
ibid. uers.21. Herodes. Herodis
ibid. in marg. sophen. in prac. &c. so phron. in prat.
204. uers.5. Marmothã. Mamortham
ibid. uers. 27 magistruus. magistrum
207. uers.4 uirumq;. circumq;
ibid. uer.8. mõstrabat. mõstrabatq;
ibid. uers. 15. paruas. paruos
ibid. uers. 19. socii. sociis.
ibid. uers. 26. quibus. quibis
208. uers. 16. uetuit. uetuitque
213. uers. 16. questu. quæstu.
214. uers. 5. Aenæas. Aenea.
215. uers. 23. Portibus. Po ticibus
218. in marg. 33. 39.
219. uers. 14. pœnamq;. panemq;
220. in marg. cap. 1 cap. 5.
226. uers. 17. ingressumq;. ingressus
227. uers. 9. & populos. ut populos
231. uers. 13. &c. vt
ibid. uers. 18. turbatas. turbatos
232. uers. 20. Postea. Postera.
234. uers. 24. meas. meos.
236. uers. 18. quaquam, quoquàm
237. uers. 16. leuabit. leuauit.
ibid. uers. 18. stmul. simul
ibid uers. 19. auereis. aureis
ibid. uers. 23. cutebat. curabat.
ibid. uers. 27. semptemque. septem
238. in marg. cap. 2. cap. 12
239. uers. 1. rettullit. rettulit.
ibid. uers. 6. orcsn, orcus
240. uers. 16. persoluere. persolueret
ibid. uers. 21. spendore. splendore
ibid. uers. 25. solo. sole
246. uers. 24. fuit. iuit
248. uers. 2. afferant. afferat.
251. uers 16. abscederat. abscederet
259. uers. 8. &. ut
351. vers. 10. aerq; gelu. aer,
261. uers. 26 memorabãt memorabũt
275. uers. 20. mouet. mouet
276. uers. 19. aueis. arceis.
277 uers. 5. arete. arcete
ibid. uers 8. applebunt. opplebunt
278 in marg. iunæ. irenæ
281. in marg. august. agge
282. uers. 19. fulmina. & fulmina
284. uers. 16. seu. ceu
ibid. in marg. iosep. sophon
285. contaffa. concussa
ibid. uers. 6. scythię. scythicæ
288. uers. 10. tale. tali
291. in mar. iustus ipsius. iustus Lipsius
292. uers. 3. urbr. orbi
294. uers. 14. singenteis. si ingenteis
299. uers. 12. accuratum. auratum
ibid. uers. 15. aulæris. auleis
ibid uers. 20. pulchra. fulcra.
ibid. uers. 22. cœta. cota
303. uers 1. est. este
ibid. pærumper. parumper
ibid. uers. 5. nuant. ruant
ibid. uers 12. nunc. nunc
316. uers. 26. innocẽtius. innocẽtius
321. uers. 10. feretris. Feretris
ibid. uers. 12. feretriq;. Feretriq;
322. in marg. paullus iiii. Paullus iii.
325. uers. 24 opem. opes.
326. uers. 25. insidie. insidie.
331. uers. 17 attesret. atteret.
334. in marg. 216. urbis.
337. uers. 16. iscamus. iscarius.
339. uers 25. soter audacter. soter, audacter
340. uers 8. satolles. satelles
ibid. uers. 16. tulli. tuli.
ibid. uers. 27. comp leat. complera
341 uers. 3 sidoque. fidoque
342 uers. 13. fele. felle
ibid. uers 27 obsuas, obscuras
ibid. in marg. c. 37. Isai. c. 37
347. vers. 12. Preses. Presse

ibid.uerf.17.tan I. tanti
349.uerf.14.dimittee. dimittere
349.uerf.15.attax. atrox
ibid.uerf.18.fed. fede
351.uerf.4.etiam. & iam
352.uerf.6.fenfibus. fentibus
ibid uerf.7.tebebrant. terebrant.
ibid.uerf.15.& iam tantis. & tantis
353.uerf 5 occubet. occubat
ibid.uerf.7.temeraffet fancta. teme raffet, fancta
356.uerf.12.iaxta. iuxta
ibid.in marg.uterò. uerò
357.uerf 23. Concutitur genibufq; Concutitur, genibusq;
358.uerf 12.tot s. totisq;
361.uerf.1.defeffus & defeffus,&
ibid.uerf.2 nobis,& fuper. nobis fuper,& fuper
363.uerf.1.atqre, atque
ibid.uerf.17.al o alto
364.uerf.9.fine. fine
365 uerf. .utres. uires
366.uerf.ij. l git. legit

ibid.uerf.22.Celficr. Celfior
370.in marg. ui mart. fui me
ibid. Rero.c. Baroc
372.uerf.4 bortis. abortis
ibid.uerf.5.fancti ime. fancti
374.uerf.7.temefacto. tre
375 uerf.9.inaceffas. inacce
ibid.uerf.26.Panchæ. Panch
378.uerf.22.decoret. decore
379.uerf.14. quaftubus. quæft
ibid.in marg.c 3. c.121.
380.uerf.4.urbem. orbem
ibid.in marg.Chrifti.33. Ch
382.uerf.5.fore fores
383.uerf.16 Ahram. Abram
390.uerf.3.poecnes. potens
ibid uerf.4 Edeo. Deo
ibid.uerf.17 auncta cunctaq;
391.uerf 13.mutantis. nutan
392.uerf 4.animaq; animoq;
ibid.uerf.20.Solymæ. Solym
394.uerf 7.repel eb t. expell
ibid.uerf 10.imbellum imbel

FINIS

INDEX RERVM MEMORABILIVM, QVÆ IN HIS XII. SOTERIDOS, SEV DE REDEMPTIONIS HVMANAE MYSTERIO LIBRIS CONTINENTVR.

A

A Aer

INDEX.

Ange

B

C

Cal-

Chri-

 Christ

D

Euari-

H

I

Ioan-

 Ioseph

Liberi-

Mari

D *Mariæ*

N

Pascha

post

Q

R

Ste-

T

V

Victor

FINIS.